**V**eritas miraculi & præsētiæ Chri i eu. ex ipsa hominū fide aut reuerētia circa eandē. nō pēdet. 89.9  
**V**ermū generatio in eucharistia: ex ipso Christi corpore in ea contento, non sit. 148.4  
**T**h̄ini nomine: sacer Christi sanguis in scriptura sancta designatus legitur. 95.6  
**T**h̄inatatem ecclesiæ discindens per prava dogmata: hostis est Christi, & scismaticus. 58.2  
**V**no pane cœlesti: quomodo satiantur fideles. 61.6  
**T**h̄ox de cœlo ad beatum Augustinū deleta: de salutari mandatione eucharistiæ. 142.5  
**V**oces uerbi & consecrationis, transitoriae sunt uirtus autem eorū, permanens & stabilis. 75.2  
**T**h̄banus quartus, speciale festū de sacramento eucharistiæ: quotannis celebrandum instituit. 63.5  
**V**rbanus idem, mīta præclara commemorat præconia de sacramento eucharistiæ: in memoriale sanctum nobis relicto. 130.2  
**T**h̄lus sacramentorum ecclesiæ, necessarius est cuique fideli: etiam ad suam ipsius salutem. 129.5  
**T**h̄t educas panē de terra, & uinū lātificet cor hominis: de mysterio eucharistiæ quō accipitur. 31.5

**FINIS.**



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**CIVDOCI CLICHTOVEI NEO-**  
portuensis, doctoris theologi Parisiensis, de sacra  
mento eucharistiae opusculum: in duos dissectum  
libros. Quorum prior multifariam ostendit: sub  
speciebus panis & uini eucharistia, uerum Chri-  
sti corpus & sanguinem secundum substantiam,  
continet.

**E**rrorem negantium ueritatem corporis  
& sanguinis dominici in eucharistia: prisca  
reporibus, a diuersis, & præsertim a Beren-  
gario, fuisse suscitatum.

Cap. I.

Nter eos qui detestabilis alicuius  
hæreseos primi sunt authores, &  
illos qui extincta prius & sopita  
doctrinæ hæreticæ sunt renouato-  
res atq; suscitatores: paruū admo-  
dū discriminē esse, sentiūt uiri sa-  
pientes. hōsq; haud multo minus  
noxios esse saluti animarum, quam illos: recte ar-  
bitrantur. Siquidem ut primi prauorum dogma-  
tum, fidem aut bonos mores contaminantium in-  
sejunatores, priora secula suo labefactarunt toxico-  
co, atque a ueritate ad perniciosos errores seduxe-  
runt: haud aliter qui damnatas iam olim hæreses  
atque sepultas reuocarunt ab orco, rursumque  
protulerunt in lucem: posteriora secula, pestifera  
eorundem errorum tabe corruperunt, consimile-  
que inuixerunt animis hominum perniciem.  
Sunt igitur non minishi q; illi: graue detrimentū  
republicæ Christiane inferētes, & propemodū æ  
que uituperādi. Perinde atq; restinctū domus aut  
urbis incendiū excitans, pene tantū infert illi ex-

A

## DE SACRAMENTO

ſefum:ſicut is qui primum clam ſubdidit facies te-  
ctis . Et qai luem pestiferam aliquanto extinctā  
tempore inducit rursum in urbem : æqualem illi  
ingerit calamitatem, ac ille qui primus inducen-  
dæ illius labis mortiferæ eft author. Ex quo proti-  
nus recto nectas confequio. Oecolāpadium & af-  
ſeclas eius negantes ueritatem corporis & ſanguini-  
ſi Christi in facra euchariftia, eo ferme habendos  
eſſe loco: atq; eos, q; primi fuerunt erroris illius ex-  
eſcendi adiuuentores. quandoquidē damañatū ſæ-  
pius multis retro ſeculis reiectumq; dogma illud  
improbū : hac noſtra ætate ſupas reuocarunt in  
auras. ¶ Enim uero huius prauæ assertionis ori-  
go reducitur a probatissimis ſcriptoribus in illos  
Christi diſcipulos: q; audientes uerba uitæ, promit-  
tentia manducantibus carnē filij hominis uitā æ-  
ternā, & interminātia internæ uitæ pſuuationē ijs  
q; huiusmodi cibū ſumere detrectarent carnaliter  
& crasso ingenio uerba illa intelligentes, dixerunt  
Durus eſt hic sermo: & quis potest audire ? Abie-  
runtq; retro: & diſcipulatui magiftri coeleſtis ſeſe  
subduixerunt. Cōfirmatur aut̄ illē eorū dictiū, per  
ſententiā beati Augustini in expositione psalmi  
quāquagesimi quarti: quæ adducitur in uolumine  
decretori, de conſecra, diſtin. ſecunda, cap: prima  
qdem. in hanc formā. Prima qdem (inquit) hære-  
ſis in diſcipulis Christi: uelut a duritia eius sermo-  
nis facta eſt. Cū enim diceret. Niſi quis māduca  
uerit carnē meam, & biberit ſanguinē meū: nō ha-  
bebit uitam eternam. Illi uero non intelligētes: di-  
xerunt. Durus eſt hic sermo: quis eum pōt mādu-  
care? Dicētes, durus eſt hic sermo. ſeparauerūt ſe  
ab illo: & remansit cum duodecim diſcipulis. hæc  
ibi: & reliqua, continuo ſequētia. ¶ Subſecuti ſunt

Ioan.6

Augusti

## EVCHARISTIAE.

I. 2

aut eos diuersis temporibus & uarijs eodem contaminati errore. Inter quos: cæteris omnibus aptius hanc hæresim instaurauit diutiusq; afferuit Beregarius. Andegauensis archidiaconus: Qui circa annum domini millesimum et quinquagesimum, sub Leone nono, summo pontifici, in concilio Verceliensi eam ob rem damnatus est, ut etiā meminit Platina: in uita prædicti Leonis. Deinde sub Victore secundo, proximo apostolicæ sedis moderatore, congregato cōcilio Turonensi: p. Hildebrandum, Romanū archidiaconū) qui postea in summo pontificatu. Gregorius septimus est appellatus) in ea synodo lagatum apostolicū, & uices agentē Victoris, ipse Berengarius cōuictus: eā hæresim corā illius sacri cōfessus patribus abiurauit: panem que & uinū in sacrificio domini, nō umbratiliter & figurate, sed uere Christi carnē & sanguinē fieri cōfessus est: & ad eā fidē in posterū tenendā, iuramento se obstrinxit. Postea tamen suggestente patre mendacij, in eundē errorē relapsus est, & a Nicolao secundo, duobus intermedijs summis pontificibus (utpote Stephano nono, & Benedicto decimo) prædicto Victori in moderatione ecclesiæ catholicæ succedente: ad concilium Romæ habitum uocatus rationibusq; & authoritatibus in ipsum adductis uictus: resipuit ab erronea illa assertione, reuocauitq; solenni confessione suum eratum coram toto illius synodi cœtu. Quæ quidē reuocatio, libro Decretorū inseritur: de consecratione. secunda. cap. ego Berégarius. in hūc modū Ego Berégarius, indignus ecclesiæ sc̄ti Mauritiū. Andegauensis ecclesiæ diaconus, cognoscens uerā, catholicā & apostolicā fidē: anathematizo omnē hæresim, præcipue eam de qua hactenus infama

A ii

Berenga  
tius,Prior re  
uocatio  
Berégarij

## DE SACRAMENTO

4  
tus sum. quæ astruere conatur, panē & uinū quæ  
in altari ponuntur: post consecrationē solūmodo  
sacramentum, & nō uerū corpus & sanguinē do-  
mini nostri Iesu Christi esse, & non posse sensua-  
liter nisi in solo sacramēto: manibus sacerdotum  
tractari uel frāgi, aut fidelium dēt bus atteri. Et re-  
liqua: cōtinuo cōtextu ad finē usq; capitīs cōse-  
quētia. Huius aut̄ retractationis Berengarianæ eti-  
am memit Platina: in uita Nicolai secundi. ¶ De-  
mū incitante rursus maligno spū reuersus ad uo-  
mitū Barengario, īmemorq; & p̄st̄iti iuramēti  
& cōfessionis publicæ modo expressæ, prauū illud  
dogma quod bis abiurauerat, non destitit dissemi-  
nare p̄ ecclesias & diuersa loca. Propter quod a  
Gregorio septimo (q Nicolaū secundū uno dunta  
xat inter stite summo pōtifice, ut puta Alexandro  
secundo, in modērāda sede apostolica est subsecu-  
tus) ad conciliū Rom. celebratū circa annū redēp-  
tionis humanæ millesimū septuagesimū nonum  
uocatus: condēnatur ob impietatem illā de sacra-  
mento eucharistiae, longo a se tēpore disseminatā.  
Qui se grauiter errasse corā frequenti illa synodo  
confessus, rursū adiurauit antiquū errorem suum  
ueniāque postulās, ex apostolica benignitate ean-  
dē promeruit, Iureiurādo præterea se obstrinxit,  
se nunquā deinceps illud improbū dogma refusci-  
taturum, sub hac publicæ cōfessionis forma. Ego  
Berengarius corde credo & ore cōfiteor, panē &  
uinū quæ ponūtur in altari per mysterium sacræ  
orationis & uerba nostri redēptoris, substātialiter  
conuerti in uerā ac propriā & uincificatricē carnē  
& sanguinē domini nostri Iesu Christi. Et post cō-  
secrationē esse uerum Christi corpus, quod natū-

Posterior  
Berenga-  
rij retrac-  
tatio



## EVCHARISTIAE. I. 3

est de uirgine, & quod pro salute mūdi oblatū in  
cruce pepēdit, & quod sedet ad dexterā patris. Et  
uerum sanguinē domini nostri Iesu Christi: q de  
latere eius fluxit. non tantū per signum & uirtutē  
sacramēti: sed etiā in proprietate naturæ & uerita  
te substātie. Sicut in hoc breui cōtinetur, et ego le  
go & uos intelligitis: sic credo, nec contra hanc fi  
dem ulterius docebo. Sic me deus adiuuet: &  
hæc sancta euangelia. Tunc summus pōtifex præ  
cepit Berengario, ex authoritate dei omnipotentis  
& sanctorum apostolorum Petri & Pauli; ut de  
corpo & sanguine domini nūquam ulterius cū  
aliquo disputare. uel aliquem docere præsumeret  
nisi causa reducendi ad hāc fidem eos, qui per eius  
doctrinam ab ea recesserant. Porro hæc postremo  
dicta: ex actis concilij Romæ celebrati sub Gre  
gorio septimo, ob hanc de eucharistia quæstionē  
depromptta sunt: Quinimmo quæcunq; hoc in lo  
co de Berengario sunt enarrata: diffusius comme  
morantur ab eximio patre, eruditione & religio  
nis candore, præstantissimo, Thoma Vualden, in  
capite quadragesimotertio sui luculentí operis de  
sacramentis. Vbi probatos citat illius temporis  
scriptores, Lanfrancum & Guimundum. Beren  
gario contemporaneos, & horum quæ modo ad  
ducta sunt enarratores. Qui etiā æditis præclaris  
opibus: improbæ illius assertioni acriter & eru  
dite tūc restituerūt. ¶ Ecce p septē summorū pō  
tificū tēpora. & pene per triginta annos curricu  
lū, debacchatus est Berēgarus in ecclesiā dei, hac  
pestilēti sua hæresi de sacra mōto eucharistiæ. A q  
tñ, non sine mutatione dexteræ excelsi diuinoc  
adiutorio, post correctionē postremā integrē pe  
dē reuocauit, salutaremq; peregit poenitentiā in

A 3

Thomas  
Vualden.Lanfran  
cus

5

## DE SACRAMENTO

paup̄es rebus suis subleuandos admodū propensus, & continentiae puritate spectabilis, ut laudabili exitu diem clauerit extremum: & egregijs insignium uirorū laudibus sit excellenter honoratus. Quēadmodū cōmemorat uenerabilis pater & egregius nostro tempore scriptor, Robertus Gaguinus, in opere suo compendiario de gestis regum Francorum: in uita Henrici regis Franciæ cuius tempore: Berengarius has contentionū turbas in ecclesia excitauerat. Vnde & ipse sibi conscientius q̄ multos corruperat sermēto pestiferæ suæ doctrinæ, qui necdū reducti fuerāt opera eius ad mentem saniorē: cum extremo decumbēs morbo sentī et uicinā mortishorā in die festo Epiphaniæ domini, hæc dixisse fertur: alludens ad latinā eiusdem solennitatis denominationē. Hodie mihi apparet dominus meus Iesus Christus: uel ad gloriam sicut spero, propter pñiam meam, uel ad damnationem, sicut formido: propter aliquę corruptiōnem, quos ad uiā ueritatis reducere non potui. Ut refert honorandus pater & doctor eximius, Ioannes Gerson: in sermone secundo de coena domini, qui est de pñia, circa eius finem. Utinam & n̄ qui nostra ætate sequuntur illum prius errantē: ipsius inducti exemplo, eundē sequantur & pœnitentē, atq; a suo errore plene resipiscant. ¶ Veruntamen non cōtendat hic quispiam: cum haereticis, ubi secundo aut tertio in abiurātam hæresim fuerint relapsi: indulgentius agendum esse & benignius, ut sq; ad pñiam recipiantur sine inflictione pœnæ corporalis: quemadmodum de Berengario factitatum esse, superior recensuit narratio. Siquidem eo tempore necdum constitutæ creduntur fuisse sanctio nes canonicae de puniendis extremo supplicio hæ-

Roberrus  
Gaguinus

Ioan. Ger

## EVCHARISTIAE I. 4

reticis: qui pertinaciter in suo persistit errore, aut  
in illū semel abiuratu relabūtur, que tamē postea  
ad improbab illorū coercendā peruicaciā: recte &  
utiliter sunt decretæ. Illis igitur legibus, seuere in  
hæreticos animaduertentibus, nunc standum est:  
neq; priuilegium remissionis & ueniæ, uni indul-  
tum: est ab alijs is consequentiam & communem  
legem trahendum. Neq; quēpiam moueant Oe-  
colampadij uerba; quibus in suo opusculo (de quo  
in sequente capite diffusior erit sermo) erroris  
huius infandi approbatorio, Nicolao papæ impo-  
sturam factam ait: cum Berengarium abiuraret  
anathematizare piām, ut inquit, sententiam, &  
asserere impiam coegit. Qui etiam conciliū Ver-  
cellense, Turonense & Romanum (in quibus dā-  
nata est Berengarii sententia) indocta & improvi-  
da blaterat: Ephesinumq; concilium, longe illis  
doctius fuisse asseuerat. in quo tamen eadē asser-  
tio etiā est cōfutata: ut postea ostendemus. Nam  
id hæreticoꝝ propriū est, summos pontifices qui  
eοꝝ dānarunt insaniam, floccipendere: & sacro-  
sancta ecclesiæ cōcilia in euersionē improborū do-  
gmatū ipsorū cōuocata, nihil facere, ut soli sape  
re credantur: & cæteros oēs, doctrinæ titulo præ-  
cellere. Est enim semper hæresi cōiuncta superbia;  
atq; in superiores inobedientia, & contemptus.

**I**oannem Viclefum, eandem hæresim circa  
eucharistiam, etiam resuscitasse: quam & Oe-  
colampadius & sui affectatores, hac itidem  
tempestate renouare student. Ca.II.

**D**inde circa annum ab aduentu domini in  
carnem, millesimum & quadragesti-  
num: Ioannes Viclefus multarum hære-  
sum sator & propagator, hanc rursum

A 4



## DE SACRAMENTO

Ioannes  
Viclefus.

impietatem nagantem ueram corporis dominici  
in eucharistia existentiam, penitus extinctam re-  
uocauit in orbem, & quamplurimos ea peste ue-  
nenosa contaminauit. Sed obuiatum est eius insa-  
næ, per exactissimam sacrosancte synodi Con-  
stantiensis censuram, quæ quinque & quadragin-  
ta eius articulos in sessione sua octaua, seuerera ca-  
stigatione damnauit, impietatis & uesaniæ plenis-  
simos Quorum tres primi, ad hanc ptinent mate-  
riam: & erroris huius perniciosi fermentum conti-  
nent. hoc modo. Primus. Substâria panis materia-  
lis, & similiter substâria uini materialis: manet in  
sacramento altaris. Secundus. Accidētia panis non  
manet sine subiecto: in eodē sacramento. Tertius  
Christus nō est in eodē sacramento identice & re-  
aliter, in propria præsentia corporali. Fuerunt & ij  
de articuli cum cæteris oībus, decreto apostolico.  
Martini papæ. 5, rursum cōdemnati, post cōsum  
mationē prædicti Constâtiensis concilij, oīno con-  
formiter ad acta illius octauæ sessionis. ¶ Cæteræ  
hāc exitialem Viclefi doctrinā de sacrosancta eu-  
charistia, doctrinali stilo copiose præclareq; cōfu-  
tauit uenerādus pater & eruditioñis eximiæ Tho-  
mas Vualden, doctor theologus & Carmelitanæ  
religionis illustre iubar, in ope suo præclaro de sa-  
cramētis, sub Mar. qnto, ædito, & post diligentē  
recognitionē ab eodē, approbato. Nē pe a decimo  
septimo opis illius capite, cōtinuo progressu sine  
interpolatione ad caput usq; octogesimū sextum  
eiusdem uoluminis, tot sanctorū patrū sententijs,  
tot etiā sacraꝝ literarum testimonij, tot denique  
rationibus elidit & cōuelliit hāc trium adductore  
articulorū impietatem, ut nihil amplius requiren-  
dū mihi uideatur, ad omnimodā erroris illius ex-

Thomas  
Vualden.

## FVCHARISTIAF I.

8  
firuationem. Doctrinalem præterea determinatio-  
nem, diuinæ scripture testimonijs, sanctorumq;  
patrum & iuris pontificii authoritate multiplici  
suffultam, sup eadem materia, catholice & uber-  
tim conscripsit nostro seculo insignis eruditione  
singulari uir, Gabriel Biel, in expositionis suæ su-  
per canone missæ, lectione tricesimanona, & tri-  
bus cæteris lectionibus proxime sequentibus.  
Quæ profecto determinatio sufficere etiam debe-  
ret cuique, pie in deum & sanctam ecclesiam affe-  
cto, ad persuadendam huiusce rei ueritatem. Neq;  
ipse post tam copiosa & recta aliorū scripta, ten-  
tasse ea de re uerba facere, & calatum ad hæc  
exaranda arripere, nisi hydra illa Lernæa incredu-  
litatis in deum & illud sanctū sanctorum, rursum  
uirulentum caput extulisset orco, & sibila dirade  
disset, in multaq; animaq; exitium & perditionem  
Verè ut illa, clavo syuiceræ ueritatis, telisq; ortho-  
doxæ fidei & mucrone literario cōtundatur, cōfo-  
diatur, ac iterimatur, mutuabimur a strenuis illis  
duobus militibus interdum armia, & sagittas ex  
illorū deprōptas pharetris iaculabimur in atq; ui-  
rosæ illius hydre caput. Necq; uerebimur, & id  
quocq; de nobis dici posse, q; sanctis apostolis dixit  
æterna ueritas. Alii laborauerūt, & uos in labores  
coræ introistis. ¶ Reduxit aut̄ hāc hydrā, seuera sa-  
crosancti synodi Cōstantieni, cēsura, & apostolici de-  
creti authoritate (ut mō dictū est) penitus elisam,  
denuo in orbē Christianū superioribus annis Ioan-  
nes Oecolampadius cum suis complicibus potissi  
mū libri illius in publicū emissione, cui titulum in  
scripsit de genuina uerborum dñi Hoc est corpus  
meum, iuxta uetustissimos authores, expositione  
Quem cum totum oculis perlustrarem, inueni in

A 5

Gabriel  
Biel

Ioan. 4

5

Ioannes  
Oecolam-  
padius.

## DE SACRAMENTO

eo ornatissimas uerborum phaleras ad concinhandū mendacium & uerba dolosa. sanæ uero doctrinæ religiosæq; pietatis nihil: imo plurimū erroris & impietatis in deum atq; ecclesiam, sanctam Christi sponsam, quā totam euertere nititur. Deprehēdi insuper & titulum prædictum fronti libri illius præfixum: mendacē prorsus esse, & fucum ostendare præclari cuiusdam opis, sed specioso uultu occultare fallaciam. illorū more cauponū: q; hederā exponunt ramumq; uirentē, quo designent bonū uinum uenale, sed suis uafis nihil nisi uapam cōtinent: aut acore corruptum, uenenoue illitum uinum. qd̄ ementibus exhibentes: tristē illis inferū interitum. Non n. genuina est illa uerborū dñi expositio, quam proponit Oecolamp. sed adulterina & obtorta. Negq; iuxta uetustiss. autores (ut iactitat) eadem est dominicorū uerborū explanatio: sed iuxta Berengarij & Vicle. insana deliramenta, quos in hoc negocio magistros seqntur & duces erroris.

¶ Quod ut dilucidius euadat oībus: attendendus est præcipue scopus ipse, quo tendat oīs eius sermo, & totius illius operis cōtextus. Is autē est: ut persuadeat oībus, illa dñi uerba. Hoc est corpus meum. nō secundum rei proprietatē, sed per tropum quendam & figurate esse dicta. eaq; tantumdem ualere; atq; si diceret. Hoc est figura corporis mei, uel. Hoc significat corpus meum. Ut secundum priorem interpretationē, ibidem corpus sumatur nō p̄o ipsa corporis substantia & yitate. sed tantummō pro symbolo siue signo corporis, ibi dem minime p̄ntis, Iuxta posteriorem uero expositionem: ab Oecolamp. assignatam (utraq; siquidem eaq; approbat & amplectitur: ut suæ assertioni consentaneam) uerbum est, nō substantiue ca-

## EVCHARISTIAE. I. 6.

piatur, sed significatiue: tantundemq; sonet, atq;  
significat. Et qm̄ magister sententiarum in quarti  
sui libri, distinctio 10. & duabus proxime sequē  
tibus, hunc perniciosum errorem perdocte & plu  
risariam refellit, improbans illos merito: qui hæc  
domini uerba: Hoc est corpus meum, uolunt in  
eodem prorsus sensu accipi debere, sicut hæc Pau  
li uerba ad Corinthi. Petra erat Christus, ubi ma  
nifestus est omnium confessione, tropus, clareque  
demonstrans: q; nequaquam simile putari debet  
esse iudicium de hac & illa propositione: quoniam  
diuersi omnino sunt generis, sugillat eundem Oe  
colampadius amaris conuicijs: consarcinatorem  
sententiarum ipsum appellans, & gnomologum  
quē potius deberet pro assiduo illo labore, quo de  
sudauit in uinea dñi per quadrifidū illius operis e  
lucubrationem: præclaris extollere laudibus, ut et  
facit uniuersus doctoꝝ uiroꝝ chorus, qui ingenue  
fatetur totam candidatorum theologiæ posterita  
tem plurimum illi debere: pro hoc ingenij sui mo  
numento per celebri, studiosis relicto. Sed non de  
miretur quispiam has Oecolampadij contumeli  
as: quas eructat in uirum, doctrina & pontificali  
dignitate spectatissimum, Petrꝝ Lōbardum. Pro  
more siquidem id factitat hæreticoꝝ, acerbis pro  
bris insectantium uiros eruditione illustres: q; in  
sanis eoꝝ contradicere student & aduersari. ma  
gnamq; famæ suæ, honoris ac laudis accessionem  
factam putant: si alto super cilio cæteros contem  
nant atque fastidian, quo glorioſius doctrinæ no  
men apud imperitos sibi uendicent & arrogant.

**P**orro summa assertionis Oecolampadianæ **¶** Impia  
in prædicto libro contentæ: hæc est. Post uerba **Oecolap.**  
**S**acratoria a fæcere rite prolata; nequaquam **de euchar.**  
**S**ententia.

Pet. Lombardus

I. Cor. 10.

" "

" "

" "

## DE SACRAMENTO

sub speciebus panis & uini subsistere uerum corpus & sanguinem Christi in eucharistia. sed solūmodo substātiā materialē panis & uini. sicut & ante illorū uerborū dñi prolationem, ibidē suberat. Neq; Christū ipsum re ipsa & corporali pñtia ibidem adesse, post dictorū uerborū pronunciatiōnē: sicut nec ante, sic præsens affuit. Ipsūque solum modo ad dexteram patris, secundum corporis assumpti ueritatem, cōsidere asti uit, & eē: nec alibi q̄ illic, q̄rārendū eundē esse aut adorādum. In sacramēto siquidē eucharistiæ (ait) tñ est Christus: uti in signo quodam & symbolo nobis relieto. ut cōtuentes illud, reducamur in memoriam acerbae passionis eius. quam in cruce pro nobis pertulit. feramur etiam hoc spectaculo in recordatiōnē effusiois preciosi sanguinis dñici. pro totius humani gñis redēptione in hora amarissimæ passionis eius, factæ. Addit & hanc insaniā, q̄ Chrūs in cœna nouissima nequaq; suum proprium corpus & sanguinem tradidit discipulis suis, secundum rei ueritatem & corporalem substantiam. sed tñmodo panem sacratum, q̄ esset monumentum sui corporis, pro ipsis in morte tradendi, q̄ uinum similiter sacratum, ijsdem tūc dedit, peculiariter ad illud officium, deputatū. ut esset memoriale & significatiuum sanguinis eius effundendi in remissione peccatorū. panēque illum et calicē a Christo tūc apostolis traditum, solum figuram fuisse, umbramq; & imaginem, sui corporis & sanguinis representatiuam. ¶ Proinde per uicaciter inficiatur in sancto altaris ministerio panem & uinum reuera conuerti in sacrum corpus & sanguinem Christi. quod tamen uniuersa per orbem terrarū conficitur ecclēsia fidelium. Trāsubstantiationis itidē

Impia Oe  
colampa-  
dij de Eu-  
charistia.  
sententia.

6

## EVCHARISTIAE. I. 7.

nomen (sicut & rem ipsam) subsannat & abiicit.  
quod tamen ecclesia catholica pie & religiose su-  
scipit. Rursum sicut substātiā panis & uini ma-  
nere in eucharistia post consecrationem sacerdo-  
talem autumat, sine corporali Christi pñtia: ita et  
accidentia utriusq; signi sacramentalis, suis tunc  
inhabere subiectis & semper inesse perhibet. ridi-  
culum id existimans & penitus explodendum, q  
dicantur ibidem accidentia panis & uini sine su-  
is subiectis existere. qđ nihilominus syncera fide  
liū confitetur deuotio, & fides. Hæc est o candidi  
lectores, bella illa & egregia doctrina Oecolam-  
padiana: in illo opere, tā præclari tituli fucis ador-  
nato, contenta. Quam si quis conferat ad tres il-  
los articulos īpij Viclefi, iā olim (ut diximus)  
damnatos, quid oro discriminis inter illam & hos  
inueniet? Ut persuasum habeant oēs, in Viclefo,  
& Oecolampadiū tanq; rediuiuum Viclefum,  
fuisse cum suo hoc libro, a concilio Constantiensi  
& Martino quinto, in spiritu condemnatum:

¶ Assertionis illius erroneæ de eucharistia,  
consectatores, non modo anathematis cen-  
suram incurtere: uerum etiam infideles ha-  
bendos esse, q expressis catholicæ fidei arti-  
culis repugnant.

### Cap. III.

**O**Vam detestanda v̄o et abominabilis  
sit ea assertio, ab Oecolampadio rur-  
sum in orbem inuecta, quæ abnegat  
ueram sacri corporis dominici in eu-  
charistia pñtia: demonstrant gra-  
ues poenæ, ab ipso iure pontificio in hmōi temera-  
rios assertores definitæ. Quare una hæc est, q sen-

Errores  
Oecolam-  
padij cir-  
ca eucha-  
ristiam.

## DE SACRAMENTO

tentiae ex cōdicationis decer nūtūr subiacere, cōio-  
neq; fidelium priuandideclarantur: per canonē il-  
**Lucius 5.** lum Lucij tertij, q; in 5.lib. epistolā decret. tit. de  
hæreticis. ca.ad abolendam.in hunc modū depro-  
mitur. Vniuersos q; de sacramento corporis & san-  
guinis dñi nr̄i, Iesu Christi: uel de baptismate, seu  
de p̄ctōrum confessione, matrimonio, uel reliquis  
ecclesiasticis sacramentis, aliter sentire uel docere  
nō metuunt: q; sacrosancta Rom. ecclesia prædicat  
& obseruat, & ḡnaliter quoscunq; eadē Romana  
ecclesia, uel singuli episcopi per Dioceses suas cū  
concilio clericor̄, uel clericī ipsi sede uacante, cū  
concilio (si oportuerit) uicinor̄ episcopor̄, hære-  
ticos iudicauerint: uinculo perpetui anathematis  
innodamus. Hæc ibi: Atqui positionis illius exe-  
crandæ, negantis corporalem domini nr̄i in sacra-  
mento eucharistiae existentiam, obseruatorēs: !ō-  
ptis, de sacramento corporis & sanguinis dñi no-  
strī, q; sacrosancta Rom. ecclesia prædicat & ob-  
seruat. Enim uero illa profitetur & inconcusse te-  
net: per uerba consecratioia sacerdotis, panem &  
uinum cōuerti in uer Ch̄ri corpus & sanguinem  
finitaq; uerbore illoꝝ prolatiōe, protinus sub for-  
ma panis & uini, p̄tis adesse domini nostri corpus  
& sanguinem, secundū uerā eorundem substan-  
tiam: ut sequentia dicta monstrabunt. Vtrunque  
aut̄ hōꝝ: omnino denegāt pestilentis huius doctri-  
næ defensores. Sunt igitur ipsi, iuxta dictam san-  
ctionem canonicam, perpetuo anathematis uin-  
culo innodati: donec ab errore illo nefando resipis-  
cant. ¶ Secunda uero poena nec minus formida-  
da, quam incurruunt addicti pertinacius huic pra-  
uæ assertioni q; nunc discutitur; est, q; eo ipso infi-



delitatis sibi notam inhurunt, & tanque apostate a fide catholica (quā in baptismo susceperunt) hñdi sunt: & ut tales, nisi mature pedem reuocent, publice plectendi. Nempe quod uere Christi corpus secundum suā substantiā reuera cōtineatur sub specie panis: articulus est fidei, per unigenitum dei filium apostolis reuelatus, & in eloquijs euāgelicis atque apostolicis aperte traditus: ex quo sanctū euācharistiae faciamētum fuit a dño nostro in ultima cōena institutum. Quippe tres sacri euangelistæ, institutionē huius diuini sacramenti cōmemorant, necnon & deiloquus Paulus ad Corinth. scribens: uno ore testantur, Christum pane manibus suis accepto, & apostolis porrecto, dixisse: Hoc est corpus meum. Et B. Ioannes in euang. suo: uerba summæ ueritatis de excellentissimo hoc sacramēto in proposito dicta, recenset. præsertim hoc ipsum, quod panis quem daturus erat Chris: caro sua sit pro mundi uita. quod item manducans carnē eius, & bibens eius sanguinem, habeat uitam æternā: quoniam ipse, panis sit uitæ, & panis uiuus qui de cœlo descendit. At nonne hore quinque diuinorum scribare testimonia, omnino consonantia in re tam ardua, & sublimi: sufficiunt ad ingenerandam nobis fidem de hoc proposito? Quid. n. expressius audire: Iucidius dici poterit ad instruendum hunc fidei articulum: irrefragabilitantorum testimoniū & talium testimonio corroboratum? Est igitur ea propositio, haud dubie habenda ut fidei articulus: in scriptura contentus. Qui igitur eam repudiāt: impingunt in uerum fidei articulum. & tanquam ab negantes fidem, quam in susceptione lauacri regenerationis professi sunt: ob apostasiam ueniunt puniendi.

**V**erum hic instabit quispiam, hunc

Matt. 26.  
Marci. 14  
Luc. 22  
1. Cor. II  
Ioan. 6

## DE SACRAMENTO

de sacramento eucharistiae articulum. nequaquam  
cōtineri aperta enunciatione in aliquo trium sym-  
boloꝝ fidei, ab ecclesia receptorum. utputa nec in  
symboloꝝ apostolorꝝ, nec Niceno, nec Athanasij.  
Et proinde ipsum habere nō deberi, tanqꝫ fidei ar-  
ticulum, cum oēstales artículos complectatur ali-  
quod illorꝫ trium symbolorꝫ, ut est sanctorꝫ oīm  
sententia. ¶ Adhibenda illi est responsio. primum  
hanc inualidam esse cōsecutionem, si quid aliquo  
trium dictorꝫ symbolorꝫ non contineatur aperte.  
protinus ipsum ut fidei articulum haberri non de-  
bere. Nullum siquidem illorꝫ symbolorꝫ, expri-  
mit Christum octauo post nativitatem die fuisse  
circuncisum, a Magis deinde aderatum, in tēplo-  
ꝫ præsentatum quadragesimo post transactū na-  
talem die, & circa tricesimū x̄tatis ipsius annum  
a Ioanne Bapt. ipsum fuisse in Iordanē baptiza-  
tum. Nullum itidem eorꝫ symbolorꝫ, plane memi-  
nit miraculorꝫ dñi nostri, necꝫ ingressus ipsius in  
Hierusalem cum honoratissimo totius populi ap-  
plausu; necꝫ lateris ipsius in cruce pro nobis mor-  
tui apertione, effluxusque sanguinis & aquæ ex  
himōi lateris cōfossione. Denicꝫ nec missionis san-  
cti spiritus in discipulos dñi, decimo post glorio-  
sum illius ascensionem die. sicut nec aliorꝫ multo  
rum mentionem facit, in Euangelica narratione  
plane expressorum. Attamen addubitat nemo,  
quodque eorum quæ nunc explicata sunt: tanquā  
articulum fidei habēdum esse. Et si quis cum per-  
tinacia quodpiam illorum negauerit eundem tan-  
quam hæreticum, infidelem & apostatarantem a fi-  
de, censeri debere. qꝫ inficiari fuerit aggressus idि-  
psum, quod Euangelica lectio, aut apostolicahis-  
toria clariſſime aſtruit. Non igitur recte confici-

### Obiectio nis dilutio

## EVCHARISTIAE. I.

as, mysterium ueræ & substancialis præsentia do  
minici corporis in eucharistia, non esse fidei articu-  
lum: quis in nullo trium symbolorum ecclesiastis  
corde aperte continetur. Insuper cum articulum fi-  
dei dictum astruant autores non incelebres, quod ar-  
ctet fideles omnes ad illum expresse credendum ex  
publica ecclesiæ professione. quis hanc orthodo-  
xam de eucharistia assertionem, quod in ea y' e Chri-  
sti corpus continetur: addubitauerit secundum  
hanc peculiarē rationem, articulum fidei dīci de-  
bere; cum eam explicite credendam atq; tenendā  
proponat ecclesia sancta: tum ex annua diei festæ  
corpori dominico sacræ celebritate; summorum  
pōtificum autoritate, instituta: tum etiam ex obli-  
gatione suscipiendo quotannis sanctam eucha-  
ristiam: adultis iudicata. tum deniq; ex obligatoria  
lege audiēdi diebus festis missam, ecclesiastico de  
creto sanctita: ut sequens apertius ostendet sermo.  
Ad expressam itaq; illius fidem: tenentur omnes.  
¶ Secundo, & id pro responsione illi prædictū ca-  
uillum objectanti proponendum est: ipsum diui-  
næ eucharistiae mysterium modo dictum, conti-  
neri in illo symboli apostolorum articulo, quo profi-  
temur nos credere cōmunionem sanctorum. Quippe  
huiusmodi sanctorum communio, quæ ibidē cre-  
denda proponitur: accipiēda est pro communica-  
tione omnium fidelium in omni re sancta, siue fi-  
dei, siue charitate, siue etiam in sanctis oratiōibus  
atque operibus: sed maxime in participatione sa-  
cramentorum, quæ potissima est Christianorum inter  
se communio. Atqui inter omnia sacramenta, cō  
munionis nomen præcipue & peculiari quodam  
modo, sanctæ eucharistiae sacramento cōuenit: ut  
quod cæteris perfectius fideles omnes ad unitatem

B

4

Quid per  
cōionē san-  
ctorum in  
symbolo de-  
signatur

## DE SACRAMENTO

corporis mystici cōuniat atq; colligat. Quemadmodum sacratiss. pater Dionysius in principio 5.  
capitis sui lib. de ecclesiast. hierarchia, plane testatur: inquirens primum, cur nomen cōionis, quod  
alijs quoq; sacramentis omnibus commune est; ipsi sacramento eucharistiae singulari quadam ap-  
pellatione asciscitur, ut cæteris excellentius atq;  
frequētius: apud sacros autores cōmunio dicatur.  
Cui quidem inquisitioni hanc adhibet responsio-  
nem, eo ipso id fieri: qm̄ ipsum eucharistiae sacra-  
mentum finis est & consummatio, perfectioq; et  
cōplementum cæterorū sacramentorū. q̄ cum fide  
libus ministrantur: per subsequentem illa ministe-  
ria eucharistiae cōunionem perficiuntur atq; cō-  
plētūr. Vnde efficax sumitur argumentū: ipsum  
corporis dominici mysteriū, cæteris amplius &  
consummatius, effectū cōunionis fidelibus tra-  
dere. & ab hmōi integriore maioresq; cōunionis  
efficiēdū & efficacia: nomen ipsum cōunionis,  
proprie quodam mō & peculiariter eucharis-  
tiæ sacramento attribui. Quemadmodū, inquit,  
sacramentum baptismi: mō quodam speciali dici-  
tur sacramentum illuminationis. qm̄ tametsi sa-  
cramenta omnia fidelem animam diuinam illustrē-  
gratia: hmōi tñ sacræ ablutionis mysterium, pri-  
mi luminis cōsortium tradit, omniumq; diuinarū  
illuminationum est principium. Idcirco ex effe-  
ctu ipso: uerissimo illud illuminationis cognomi-  
ne prædicatur. ¶ Astipulatur eidem & Damasce-  
nus, in quarti libri sui de fide orthodoxa, capi. 14.  
ita de sancta eucharistiā, loquens: Dicitur & com-  
munio: & est reuera, q̄a cōunicamus per ipsam  
Christo, & participamus eius carne & diuinitate  
& quia cōicamus & unimur inuicē per illā, Nā

5  
Damasce.

## EVCHARISTIAE. I. 10

quia ex uno pane participamus omnes: unum corpus Christi & unus sanguis, & in unicem membra efficiuntur, con corporati Christo existentes. Omni igitur uirtute obseruemus: ne participemus participatione hereticorum, neque tributramus. Nolite nam sancta dare canibus, inquit dominus noster: neque seminare margaritas uestras ante porcos, ut non participes erroris & malae fidei eorum efficiamur: atque contra damnationis. Hac ille. Ex quibus liquido constat, quod sacra eucharistia principium atque primum locum inter sacramenta, sub nomine sanctorum communionis obtinet in symbolo apostolorum: ubi nos credere confitemur sanctorum communionem. Et ita articulum hunc de eucharistia: contineri in aliquo symbolo ab ecclesia receptorum, quaeque in ea publice solent proferri. quod propositae obiectio: plene satisfacere putetur, Porro quod in hac secunda responsione modo deductum est: eucharistiae scilicet mysterium sub eo comprehendi articulo symboli Apostolici, quo credere nos profitemur communionem sanctorum: diffuse monstrat & astruit uenerabilis pater, & doctrina theologica, maiorem in modum excellens, Thomas Vualden. in nonagesimoquinto capitulo operis de sacramentis.

¶ Demum tertio loco: & haec propositae obiectioni reddenda est responsio. fidem de conuersione panis consecrati in uerum Christi corpus, & de reliquis eam conuersionem consequentibus dei mirabilibus, in altissimo eucharistiae mysterio: apte explicari in decreto concilij generalis, sub Innocentio tertio Romae apud Lateranum celebrati: explicato in principio primi libri epistolarum decretalium, capitul. firmiter credimus. quod nonnulli, symbolum Innocentij tertij uocitant: & quar-

1. Cor. 10:

Matth. 7.

Thomas  
Vualden,  
6

## DE SACRAMENTO

ti symboli habere locum asseuerant. Vbi in hunc modum, de diuino hoc sacramento: sermo contexitur. Vna uero est fidelium uniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluat. In qua, idem ipse sacerdos est sacrificium, Iesus Christus. Cuius corpus & sanguis, in sacramento altaris sub speciebus panis & uini ueraciter continetur, transubstantialis pane in corpus, & uino in sanguinem, potestate diuina, ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Hæc ibi. Quibusq;dem uerbis, tota Oecolāpadij assertio de eucharistia, quam construere nititur, penitus euertitur & destruitur. Nam si corpus dominicum in sacra eucharistia sub speciebus panis ueraciter continetur, ut ibi nobis credendum illud ab eccl. sancta proponitur. nequaquam illic est corpus Christi ut in signo tamen, & umbratili figura. Et si panis per uerba consecratoria in uerbo Christi corpus transmutatur (quod addubitare, fidelium debet nemo, nam ita tenendum nobis esse, ibi catholicam decernit ecclesia) non manet ibidem post uerborum consecrationis pronunciationem substantia materialis panis, sed solum Christi sacratissimum corpus, sub specie panis integrum illic adest: accidentibus illius, sine subiecto diuina uirtute subsistentibus in eucharistia, ad nostram fidei consolidationem. ¶ Nec illud quempiam moueat Oecolāpadij improprium: quo confitentes transubstantiationem in superexcellente eucharistiae mysterio, & eo utentes nomine arcu nois ipsius rem admittentes, contemptim papistas appellat, nonnulli uero papisticos & interdu Romanenses. Nam id haec reticis peculiare est: apostolicam sedem, & eam ut par est reverentes, cōtumelij infectari, afficeret.

Innocentius III.

## EVCHARISTIAF. I. II.

probris contra illud dñi uerbum in Exodo. Dñs Exod. 22.  
 non detrahes: & principi populi tui nō maledices.  
 Qm̄ enim nouis peruersor̄ dogmatum adinuenti  
 onibus aut īā olim damnator̄ reuocatione: ab ec-  
 clesiæ unitate se disseindunt atq; diuellunt, ut no-  
 uam sibi constituant ecclesiam, imo conuenticu-  
 lum & synagogam satanæ: non desistunt unq; aut  
 uerbis aut (si datur facultas) etiā factis inimiciter  
 eos persecuti, qui in sinu & gremio suræ matris spi-  
 ritualis, s. ecclesiæ orthodoxæ permanentes: insanis  
 eorum doctrinis aures patefacere nosūt. Quod in  
 ueteri lege per Hismaelem persequenter Ilaac, et Gal. 4:  
 per Esau, fratrem suum Iacob diutius odio graui Gene. 27  
 insectantem: est designatum.

¶ Ex oblatione panis & uini per Melchise-  
 dech, & immolatione agni paschalisch typici,  
 recte colligi: in Sacramento Eucharistiae,  
 Christi corpus uere cōtineri. Ca. IIII.

**S**ED age rem ipsam propositam non ag-  
 grediamur authoritate sacrarum literarū  
 & rationibus inde sumptis primum ful-  
 cire: & in sancta eucharistia sacratissimū  
 Christi corpus ueraciter contineri, ostendere,  
 & non tm̄ ut in figura & signo ibidē exis-  
 tre: quemadmodū dicunt aduersarij. Quid uis autem  
 ad eam rem cōprobandum, sola fidelibus sufficere  
 deberet ipsa summæ ueritatis autoritas: cōtestan-  
 tis frequenter in sa. scriptura, uerū suum corpus &  
 sanguinem in sanctissimo eucharistiæ sacramēto  
 contineri, cui solidæ basi innixa ecclesia catholica  
 a spiritu sancto id edocita: inconcussam fidē illam  
 semper tenuit hactenus, semperque tenebit. ut ta-  
 men dilucidior euadat ipsa ueritas: ex limpido di-

B 5

## DE SACRAMENTO

uinarum literar<sup>e</sup> fonte latius eam deducamus. Et priore loco, ex sacra ueteris testamenti pagina de ductis utamur testimonij. Quo<sup>r</sup> id primum occurrit: quod in genesi describitur de Melchisedech rege Salem, qui occurrēs Abrahæ patriarchæ, re uertenti ex cæde quatuor regum: protulit panem & uinum. Non quidem in sustentationem & alimentum ipsius Abrahæ & sociorum eius, ut qui dam autumant: sed in sacrificium quod tunc Deo excuso obtulit, in gratiar<sup>e</sup> actionem pro uictoria ipsi Abrahæ contra hostes a deo præstita. Quod aperte insinuant uerba scripturæ sacræ, proxime sequentia: & redditia caussam cur Melchisedech panem & uinum protulerit. erat enim, inquit, sa-

Ibid. cerdos dei altissimi. Et ergo ut sacerdotali fungens officio: ex panis & uini substantia, deo tunc sacrificauit. At non opus erat afferre sacerdotalis ipsius muneris ibi rationem: si tantum protulisset panem & uinum tūc Melchisedech, in subministracionem uictus corporalis pro Abraham & sociis eius. cum id per quēlibet laicum & de media plebe uirum: æque imo cōmodius fieri potuisset. ut diligentissimus totius sacræ scripturæ iuxta sensum literalem expitor, Nicolaus Lyranus: ibi-

Nic. Lyr. dem recte annotat. Obtulit igitur tunc ipse Melchisedech, deo panem & uinum in sacrificium: qđ erat figura altioris alterius sacrificij, in h̄sdem rebus pane, s. & uino postea instituendi. Quēadmodum glossa interlinearis inibi hoc ipsum innuit, dicens: Hæc sacramenta nostror<sup>e</sup> sacramentorum figura fuerunt. Et sacer Ambrosi. perhibet in libri sui de mysterijs initiandis, capi. 8. antiquiora esse sacramenta ecclesiæ qđ synagogæ, qm̄ prius p significationē utpote hāc oblationē Melchisedech

Ambros.

EUCHARISTIAE. I. 12.

repræsentata fuerunt & in sua figura demonstrata, sacramenta ecclesiæ sanctæ, præcipue sacramentum eucharistiæ, omnium longe præstantissimum, q̄ exhibitæ sacramenta synagogæ in multi modis oblationibus & hostijs, post datam legem per Moysen institutis. ¶ Et ipse dominus noster unigenitusq; dei filius, dicitur a deo patre, esse sacerdos in æternum secundum ordinem Melchise dech: quoniam in suo (nouæ scilicet legis) sacerdotio, sacrificium solenne instituit, in quo corpus eius & sanguis uere immolaretur in sancti altaris officio, sub speciebus panis & uini, quemadmodum sanctæ eucharistiæ mysterium præfigurans Melchisedech: panem & uinum secundum substantiam, domino obtulerat. Itaq; secundum eumdem ordinem & ritum: Melchisedech & Christus panem & uinum offerunt, ille in figura & umbra Hic autem in ueritate, & multo sublimiore gradu. Confirmat sane id ipsum B. Hieronymus: exponens uersum illum psalmi centesimi noni, de sacerdotio Christi secundum ordinem Melchisedech, loquentem: in hunc modum. Hoc solum ergo interpretetur: tu es sacerdos in æternū, secundum ordinem Melchisedech. Hoc solum dicamus: qua redix erit, secundum ordinem Nequaq; sacerdos eris secundum victimas Iudaicas: sed eris sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Quomodo enim Melchisedech rex Salem, obtulit panem & uinum: sic & tu offeres corpus tuum & sanguinem, uerum panem, & uerum uinum. Iste Melchisedech, ista mysteria quæ habemus, dedit nobis. Ipse est qui dixit: Qui manduauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, habet uitam æternam. Secundum ordinem Melchisedech: tradi-

z  
Psal. 109.

Hierony

Gene. 14.

Ioan. 6

B 4

## DE SACRAMENTO

dit nobis sacramentum suū. Hæc ille: Cui astipulatur Cassiodorus: in eiusdē uersus expositione dicens: Hoc etiam( utpote sacerdotiū æternū: secundum ordinem Melchisedech) propheta promisit filio cōmemorat patrem Cui enim potest ueraciter & euidenter aptari: nisi dñō saluatoris qui corpus & sanguinem suū, in panis ac uini erogatiōē salutariter consecrauit, sicut ipse in euang. dicit: Nisi manduaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: nō habebitis uitā æternam. Sed in ista carne ac sanguine: nil cruenrū, nil corruptibile, mens humana cōcipiat, ne sicut dicit apostolus: Qui corpus domini indigne manducat, iudiciū sibi manducet, sed uiuificat icem substaniā atq; salutarem & ipsius uerbi propriam factam: per quam peccatorū remissio & æternæ uitæ dona præstantur. Quem ordinem p mysticam similitudinem, Melchisedech fūstiss. rex instituit: quando domino, panis & uini fructus obtulit. Cōstat em pecudū uictimas perisse, q fuerunt ordinis Aaron: & Melchisedech manere potius insti tutum, qd toto orbe in sacramentorū erogatione celebratur. Qd adhuc Iudæi non intelligunt obſtinati: cum eorum & sacerdos & sacrificia, de me dio probentur ablata. Hæc ille. At uero si in pane & uino consecratis iuxta Christi institutionem, nō uere & secundum substantiam cōtineretur Christi corpus, sed tantummodo ut in figura: quō tunc differunt panis & uinum oblata in noua lege secundum ritum legitimū ecclesiæ: a pane & uino oblatis p Melchisedech? Reuera, nullo modo. Nam utrobicq; secundum substantiam esset panis & uinum: & secundū figuram, corpus & sanguis Christi. Non esset igitur potior oblatio noui testamen

Cassiodo  
rus.

Ioan. 6

1. Cor. II

Gene. 14.

Si in sancta eucaristia. quam oblatio Melchis-  
dech, neq; hæc foret figura. & illa, ueritas qd omni-  
bus ante dictis, & probatissimis sanctorum patrum  
sententijs, prorsus repugnat. ¶ Insuper agnus pas-  
chalis typicus secundum ritum Mosaicum quotan-  
nis immolari solitus: figura erat oblationis Chri-  
sti in cruce, pro totius mundi redemptione, de quo  
ait apostolus: quod pascha nostrum, immolatus  
est Christus. Ipse enim (ut sacrosancta concinit  
ecclesia) uerus est agnus: qui abstulit peccata mun-  
di, qui mortem nostram moriendo destruxit: &  
uitam resurgentem reparauit. Quod si panis in alta-  
ri rite consecratus, etiam solum sit figura corpo-  
ris dominici in cruce passi. & non ipsum uerum cor-  
pus: qd discriminis assignabitur inter agnum ty-  
picum & panem sanctum uitæ aternæ? cum utrum  
que horum duntaxat haberetur ut figura corporis  
Christi etiam dominus ipse in ultima coena, cu  
manducauit agnum paschalem: nō protulit sup  
eu uerba illa. Hoc est corpus meum, scdm intelli-  
gentiam Oecolampadij: id est, figura corporis mei  
sed eo manducato, ad consecrationem panis azi-  
mi se contulit: q; etiam secundum aduersarium, so-  
lum est figura dñi corporis. Cum tamen agnus  
ipse paschalis maior habeat conformitatē ad san-  
ctam carnem dñi nostri immolatam in cruce, quā  
ipse panis azimus quod & ueram habuerit agnus  
typicus carnis substantiam. & de gñe fuerit uiuren-  
tium. Quocirca tandem eo deuenietur, quod in ue-  
teri lege non fuit sacramentorum virorum, & potissi-  
mum mysterii eucaristiæ figura, & in noua le-  
ge eorum exhibete ueritas, sed q; adhuc nūc in ipsa  
figurarū ubra uersamur. Et quēadmodū de anti-  
q; patribus dictū est a Paulo, q; oīa in figura con-

B S

Exod. 12.

I. Cor. 5.

## DE SACRAMENTO

tingebant illis: ita & de nobis idem uere nunc di-  
ceretur. Neq; uelum templi adhuc diruptū esset:  
ut reserarentur nobis diuina mysteria, figurarum  
in uolucro obiecta. sed uelamen illud, in toto legis  
euangelicæ decui suū adhuc nostris obiectū oculis  
foret: & in eadem cū priscis illis patribus cōditio-  
ne uersaremur. ¶ Quinimmo cum figura ipsa ad  
ueritatē, lege relatiuorū & correlatiuorū refera-  
tur: si in euangelicæ legi tpe, non minus sit eius-  
dem ueritatis, sc̄ corporis dominici, figura in eur-  
charistia, quam in antiqua lege, in agno paschali:  
consequens est necdum exhibitam nobis esse uer-  
tatem ueristarum figurarū. quare etiā protinus  
conficeretur, gratiam & ueritatem p̄ Iesum Chri-  
stum nondū factam esse: sed adhuc adesse nobis fi-  
gurarū umbras & imagines, & ita antiquæ legis  
tpe, non fuisse figuræ mysteriorū noui testamēti:  
q̄tum ad hanc eucharistiæ materiā. Cum em̄ fi-  
gura & ueritas adiuicem referantur: perempto  
eorum uno, perimitur & alteruz. Et nō solum id  
habebitur, nullum nouæ legis ultra ueterem, esse  
dignitatem & excellētiā: sed & inter illas duas  
leges nullam prorsus esse discrepātiā, q̄n immo  
eas adiuicem confundi & indistincte conuoluī:  
idq; unum habere inter se cōe, quod ambæ figura  
rū in uolucris obnubilentur. ¶ Neq; ea sufficit re-  
 sponsio, ad subterfugienda hæc incōmoda: quam  
assignant aliqui, agnum uidelicet typicū designat  
se corpus Christi in cruce immolandū: panē uero  
sacratum, nunc designare corpus eiusdē immola-  
tum, iam diutius p̄acto ipsius sacræ passiōis my-  
sterio, ipsumq; nos reuocare in memoriam illius  
immolationis transactæ: & excitare in gratiaruz  
actionem de tanto redēptionis beneficio nobis

Math. 27

4

Ioan. I

Obiectio  
dilutio

## EVCHARISTIAE I 14

exhibito. & idcirco latum esse discrimen significandiq; uarietatem; inter illa duo. Nempe quemadmodum pris corum patrum antiqui ritus, & eorum q; aduentum Christi in carnē sunt subsecuti, eadem a sacris autoribus dicitur esse fides: q; uis hi iam uenisse mundi redemptorem, & illi ipsum ueturum, religiose crediderint. haud secus & consimilis rōnis dici deberet figura, & ipse panis in eucharistia, & agnus paschalis Iudeorū: tametsi hic immolan dū in cruce, & illo immolatū repræsentares Christi corpus. ¶ Porro hæc oia incommodanihil facit Oecolampadi. & antiquæ legi plus a quo tribuens, nostræ uero, longe minus quam pars sit: demūlū huiuscæ materiæ ptractione ait. Panis autem noster, agno illorum spūalium non est preciosior, propterea non magis prædicandus neq; patriarchis, fideles nrī: beatiores, sunt, quos æquauit fides: non reddunt inferiores sacramenta. Hæc ille. Vbi spūales uocat prīeos patres: q; uberiori diuini lumis illustrati splendore, una cum figuris intellexerunt, & earum ueritatem, & qdñā futurum designarent. quales fuerunt sancti patriarchæ & prophetæ: sacerdotes legis piti. Verè omnino id falsum est, & a nullo sanæ mētis viro catholico admittendum: quod panis nost. uiuus q; de celo descendit & dat uitam mundo, non sit preciosior illo spūalium agno typico. cum ipso sit ille tanto eminentior: q;to cœlū est terra sublimius, & deus irrationali creatura supior, & proinde impropotionali laude magis quam agnus ille: prædicandus. Falsum est & illud quod subnectit, fideles nrōs quantum ad status ipsius legis conditionē: non esse beatiores iplis patriarchis & prophetis, cū plane dixerit in euangelio dominus

Ioan.6

## DE SACRAMENTO

Luc. 10

discipulis suis, & in eorum persona, quibusque legis no-  
uæ cultoribus. Beati oculi: qui uident quæ uos uide-  
tis. Dico enim uobis. quod multi prophetæ & reges  
uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt:  
& audire quæ auditis, & non audierunt. Et quibus  
fides illos nobis æquauerit, immo in unam coadu-  
nauerit mysticæ corporis societatem: eos tamen no-  
bis inferiores reddunt sacramenta, quantum ad  
temporis ipsius rationem, & status utriusque le-  
gis diuersitatem. Nam eorum sacramenta, uentu-  
rum designarunt Christum, & mundi peccata  
morte sua sublaturum: sub figurarum quodam  
umbraculo. Nouæ uero legis sacramenta, iam  
Christum in carne manifestatum prædicant, &  
in cruce mortem passum, morte que deuicta redi-  
uiuum in celo regnare. Quis autem diffitebitur  
hæc sacramenta: illis esse potiora & perfectio-  
ra? ¶ Demum pro antiquæ legis obseruatoribus  
nimio permotus zelo Oecolampadius, graue suo  
iudicio infert incommodum: consequens eos qui  
astruunt, nouæ legis id esse priuilegium, quod in  
eucharistia uere continetur Christi corpus. Sicut  
(inquit) patres per corpalem cibum instrueban-  
tur de spirituali: ita & nos quoque. Et sicut nobis  
corpus Christi est panis: ita illis Christus erat mā-  
na. Aut patribus & amicis dei dilectissimis & om-  
niū sanctissimis denegatum fuisset: quod nunc in pol-  
lutis impientissimorum hominibus tractari  
vulgo dicitur, Hæc ille. Quippe omnimodā simili-  
tudine quod prætenditur in istis duab. primis propo-  
sitionibus: prorsus abnegamus. Quod enim illis  
in figura tantū tradebatur: nobis in ueritate est ex-  
hibitum. Necque absurdum arbitramur id admittre,  
quod postremo colligit loco; ob solā conditiōnē



poris & status diuersitatem. quod debuerit figura ueritatem præcedere: & umbra lucem. Quod autem nouæ legis clarescente radio, impuri sanctam eucharistiam indignis attractent manibus: non ex ipsius est legis constitutione, quæ idipsum districte prohibuit, sed ex sola abutentium tam sanctis mysterijs pueritate. ex qua nullum sumi potest efficax argumentum: ad eorum quæ in lege nouæ Christus exhibuit, improbationem.

Per manna populo Israelitico exhibitum in deserto, necnon per panes propōnis ueteris testamenti, & panem subcineritum. He licet ab angelo subministratum: idem ostendit de ueritate corporis Christi in eucharistia, propositum.

Ca.V

**N**unc ad alias transeamus antiquæ legis figuræ, p quas sanctorum patrum testimonio præsignificatum est angustissimum sacramenti eucharistiae mysterium: & ex illis ostendamus ueritatem corporis dominici substantialemque præsentiam, sub forma panis subsistere. Certe non diffidentur sacri scriptores, manna cælitus subministratum populo Israelitico in solitudine p quadriginta annorum curriculum: fuisse figuram sanctissimi eucharistiae sacramenti, nobis in hoc transitu per desertum huius mundi & peregrinatione nra, pro salutari uiatico relictæ. ut eius alimonia demus perueniamus in terram promissionis spiritualem: regionemq; uiuorum. Atqui figura nunq; accedit ad suæ ueritatis perfectionem: sed longo intra eam subsidet interuallo. Alioqui non figura denominari deberet, sed esset ueritas; omninoq; cum ea coincide

Exod. 16.

## DE SACRAMENTO

ret. Igitur in ipsa eucharistia nō ē nuda panis materialis substantia, quemadmodū in manna: si est aliud longe sublimius mysteriū, substātia. s. uera corporis dñi sub spēbus panis delitescēs: in quam

Ambros.

2 præexistens panis materialis substantia est cōuerfa. ¶ Idipsum plane cōfirmat beatus Ambr. in li- de mysterijs initiandis, cap. 8. & 9: apposite cōfe- rēns manna illud Israeliticū ad sanctā eucharistiā longo uerborū contextu. quæ etiam adducūtur in uolumine decretorū: de consecra. dist. 2. ca. reuera mirabile. in hanc formā. Reuera mirabile est qđ deus manna pluerit patribus: & quotidiano cœli pascebantur alimento. Vnde dictū est. Panē ange- loꝝ manducauit hō. Sed tñ panē illū qui mandu- cauerunt: oēs in deserto mortui sunt. Ista aut̄ esca quam accipītis, iste panis uitius qui de cœlo des- cendit: uitæ æternæ substantiā ministrat. Et q̄cunq̄ hunc panē manducauerit: non morietur in eter- nū, quia corpus est Christi. Considera utrum præ- stantior nunc sit panis angelorū: an caro Christi,

Exod. 16. quæ utiq̄ corpus est uitæ! Manna illud de cœlo: hoc supra cœlū. Illud cœli: hoc domini cœlorū. Il- lud corruptioni obnoxium: si in diem alterę serua- retur. Hoc alienum ab omni corruptione quicunq̄ religiose gustauerit: corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit: tibi sanguis ex Christo. Illos ad horā satiauit aqua: te sanguis di- luit in æternū. Iudæus bibit & sitit: tu cum bibe- ris, sitire non poteris. Illud in umbra: hoc in uerita- te. Si illud quod miraris, umbra est: q̄zum istud, cuius umbrā miraris. Audi q̄a umbra est: q̄ apd patres facta est. Bibeant (inquit) de spūali, conse- quente eos petra. Petra aut̄ erat Chrūs. Sed nō in pluribus eorū complacitū est deo: nam prostrati

Psal. 77.

Ioan. 6

Exodi. 15.

I. corin. 10

sunt in deserto. Hæc aut̄ facta sunt: in figura no-  
stri. Cognouisti potiora. Potior est em̄ lux q̄ um-  
bra, ueritas quam figura: corpus creatoris, quam  
manna de cœlo. Hæc Ambr. ¶ Quod si in eucha-  
ristia dicatur esse duntaxat panis materialis sub-  
stantia, negeturq; eius esse facta conuersio in ue-  
rum Christi corpus: quid amplius aut maius habe-  
bit id nostrū sacramentū, q̄ manna Israeliticum.  
Immo uero: longe inferiore subsidebit dignitatis  
gradu. Siquidē manna illud: de cœlo subministra-  
batur in edulium filiorū Israel. Panis aut̄ iste ma-  
terialis: de terra tantū nascitur, & ex terræ frugi-  
bus conficitur. Angelorū quoq; ministerio: præ-  
parabatur in uictū populo dei, idem manna. Pa-  
nis uero materialis, quem dicunt aduersarij pma-  
nere in sacramento eucharistiae: manibus tantum  
humanis & arte pistoria formatur. Demū māna  
illud, numerosæ populi multitudini ad uictū quo-  
tidianum longo tpe sufficiebat. At panis ille ma-  
terialis quem astriunt aduersarij: nequach̄ ita ad  
alimoniam corporis sufficiens suggerit fomentū.  
Itaq; in ipso manna: multa prædicantur dei uirtu-  
te facta mirabilia opa. In ipso uero pane eucha-  
ristiae, si negetur substantialis dominici corporis pñ-  
tia; ne unū quidē miraculū assignari possit. Quo-  
circa aut non fuit ipsum manna, eucharistiae san-  
cta figura: aut maior est ipsius figuræ quam ue-  
ritatis dignitas, si in ea non contineatur uere cor-  
pus Christi. Quoru; utruncq; haberi debet graue  
incōmodum: ex prædictis ostensum. ¶ Insuper pa-  
nes propōnis, domino iubente singula quaq; heb-  
domada tabernaculo exhibiti iuxta legem Moy-  
si: etiam fuerunt figura quædam diuinæ eucha-  
ristie. Et ergo minorē habuerūt dignitatem & ex-

1.corin.10

5

4

Leuit. 24

## DE SACRAMENTO

cellentiam: q̄d panis noster domino cōsecratus, &  
in altaris officio oblatus. Quid autē assignare pos-  
ses discriminis aut altioris eminentiæ in pane illo  
eucharistico q̄d in panibus propositiōis: si in utro-  
q̄d eorum sola sit panis substantia, solidaque mate-  
ria; aut quare nō erunt pluris faciendi panes pro-  
positionis: q̄bus sol secundum legis institutum ue-  
scabantur sacerdotes, aut occurrente necessitatis  
articulo laici: a' mulierum cōsortio alieni? Eucha-  
ristia autem: om̄ium, cuius scunḡ sint status & cō-  
ditionis esui (mō legitima sint ætate: & seipso se-  
cundum apostoli documentum rite probauerint)  
adhibetur. ¶ Cæterum panes ipsos propositiōis,  
figuram fuisse sacræ eucharistiae, & inferiori gra-  
du collocari debere q̄d diuinum hoc altaris sacra-  
mentum: ex ipso Hieronymo cognoscere prom-  
ptum erit, q̄ in suis sup epistolam ad Titum com-  
mentarijs id ipsum affirmat: circa loci illius in pri-  
mo cap. expositionem. Sed hospitalem (subaudi  
ex præcedentibus: optet episcopum esse) bono  
amatorem, castum, iustum, sanctum. Verba au-  
tem eius sunt hæc. Si autē laicis impatur, ut pro-  
pter orationē abstineant se ab uxori coitu: qd de  
epō sentiendum est, q̄ quotidie pro suis populi  
pctis illibatas deo oblatus est hostias: Relega-  
mus Regum libros, & iuueniemus sacerdotez Abi-  
melech de panibus propositiōis noluisse prius da-  
re Dauid & pueris eius: nisi iterrogaret utrum mun-  
di essent pueri a muliere, nō utiq̄ aliena, sed cōiu-  
ge. Et nisi eos audisset ab heri & nudius tertius ua-  
casse ab ope coniugali: nequaq̄ panes, quos prius  
negauerat, cōcessisset. Tātum autem interest in-  
ter panes propositionis & corpus Christi, quantū  
inter umbram & corpam, inter imaginem & uerita-

I.Reg. 21.

I.Cor. II

Titum. I.

I.Cor. 17

I.Reg. 21.

tem inter exemplaria futuror: & ea ipsa quæ per exemplaria præfigurabantur. Quō itaq; mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia luctri, hospitalitas quoq; & benignitas, præcipue eē debent in episcopo, & inter cunctos laicos eminē tia: sic & castitas propria, & (ut ita dixerim) pudicitia sacerdotalis. ut non solum ab opere immundo se abstineat: sed etiam a iactu oculi & cogitationis errore, mens Christi corpus cōflectura, sit libera. Hæc Hierony. In quibus haud dissimulāter & adumbrate, sed apertissime, sacrosanctam eucharistiam uocat beatus ille pater: corpus Christi & sacerdotem sacra in altaris officio faciētem: testatur etiam corpus dñi nostri conficere. Qui aut id fiat: si in hostia cōsecreta tantum mō sit corpus dñicum tanq; in signo: maneatq; penitus ibidē eadem panis materialis substantia, q; fuit ante consecrationem, ut uult Oecolāpadius. ¶ Præterea, panis ille subcineritus quem excitatus a somno He lias propheta inuenit ad caput suū: eocq; (ut ab angelō fuerat admonitus) sumpto, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usq; mōtem dei Oreb: etiam secū dum sacros autores figura fuit & repræsentatio diuinæ Eucharistiæ, & panis illius sacratissimi (Christum dico) qui in utero uirginali sacratissimæ matris eius operatoria spiritus sancti uirtute formatus est: & sub nostræ mortalitatis cinere in cruce excoctus igne charitatis ardentissimæ & acerbissimæ passiōis. Qui etiam in edulium animæ sumptus, eam cōfortat cœlesti quodam uigore: & per totum uitæ huius decursum, quadraginta die rum spacio significatum, ambulantes in huius p̄tegrationis stadio & uia, demum, perducit usq;

C

2. Reg. 19.

## DE SACRAMENTO

In mōtem diuinæ manifestatiōis: ubi uidetur deus deoꝝ in Sion, perpetuoꝝ uidebitur. Habet igitur panis ille subcineritus, Helix oblatus: profecto quiddam minus, qꝫ sancta eucharistia. Alioꝝ hæc, ueritas non erit: nec ille figura. Atqui si in ipso altaris sacramento post uerba cōsecratiōis nequaꝫ est secundū ueritatē corpus dominicum, sed solum in figura, & si sub ipsa panis forma nihil aliud, qꝫ substantia panis materialis continetur: quid(oro) maius habebit hoc sacramētum, qꝫ panis ille subcineritus cōmō uero, multo minus obtinebit. Nam panis ille, prophetæ oblatus, angelicis manibus fuit præparatus: rep̄teqꝫ exhibitus tantaꝫ sanctum dei uirginitate suffulit ac roborauit: ut quadragenariū cōficerit illius adminiculum ieiuniū, nec nō continuam tanti tpiis profectionem. Panis aut̄ ille, ad eucharistia uatum accōmodatus, si in eo ponas peracta cōsecratione substantiam panis permanere q̄ prius aderat, & illius formæ nequaꝫ subesse uerū dñi nostri corporis: pistoris tñmodo manibus conficitur & opera, neqꝫ ea suggerit corpori fortitudinem, ut tanti ferat tpiis inediā cum assiduo perfectionis exercitio. Quo circa si rationem figure & ueritatis, & utriusque testamenti habitudinem pēculatius attendamus nostrꝫ protinus super ueritate corporis Christi in eucharistia, conficietur propositum.

¶ Insuper in Deuteronomio, Moyses populo Israelitico diuinam erga ipsum beneficentiam & familiaritatem sincero explicans affectu, ait. Nec est alia nationem grandis, q̄ habeat deos appropinquantes sibi: sicut deus noster adest cūctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta, ut habeat ceremonias iustaribꝫ iudicia, & uniuersam le-

Psal. 83.

Deut. 4

## EVCHARISTIAE. I. 18

gem: quam ego proponam hodie ante oculos ue-  
stros. Hmōi aut̄ diuina dignatio, condescendens il-  
li populo benigna familiaritate donoꝝ prero-  
gatiua: figura fuit eximiae condescensionis sua ad  
nos per ineffabile incarnationis mysterium (qua-  
do uerbum caro factum est, & habitauit in nobis  
quādo itidem in terris uisus est Christus, & cum  
hominibus conuersatus est) & p excellentissima,  
maximaꝝ beneficia: in mysterio redemptiōis hu-  
manæ morteꝝ sua & resurrectione, nobis exhibi-  
ta. ut recte in prædicti loci iam citati expositione  
annotat Nicolaus Lyranus. Est igitur quærenda  
in hoc nouæ legis tpe, maxima dei ad nos appro-  
pinquatio atqꝝ excellentissima: imo & qua maior  
non possit assignari, ut ueritas ipsa suam figuram  
ea superet qualitate & sorte: qua nouæ legis popu-  
lus & status, ueteris ritus populum & conditio-  
nem excedit. Atqui si postqꝝ perfecta humanæ re-  
demptionis dispensatione aicendit Christus in cœ-  
lum, non reliquisset nobis corporalem suam præ-  
sentiam in superadmirabili eucharistiaꝝ sacramen-  
to: non certe fuisset maxima & perfectissima ipsi-  
us ad nos appropinquatio, qua adesset nobis dñs de-  
us noster. Siquidem longe propinq̄ior & magis  
continua esset eius ad nos condescensio & præsen-  
tia: quando usqꝝ ad consummationem sœculi no-  
bis etiam adesset secundū ueram corporis sui sub-  
stantiam in excellentissimo Eucharistiaꝝ myste-  
rio. Illam igitur appropinquationem summam et  
affidiam non denegauit unigenitus dei filius & ue-  
rus deus: sed plene exhibuit populo suo Christia-  
no. Ut lōge potiore iure q[uod] populus Iudaicus, ipse  
ex intimo cordis affectu procubens an̄ eminētissi-  
mum illud sacramentum; uoce latabunda conci-

Ioan. 1.  
Baruch. 3.

Nic. Lyr.

C

## DE SACRAMENTO

nat cum pijs lachrymis. Nō est alia natio tā gran-  
dis, q̄ habeat deos appropinquātes sibi: sicut deus  
noster adeſt nobis. Adeſt, inquam, secundum ue-  
rā uiuifici sui corporis pñtiam, uerus deus & ue-  
rus hō. & secundum ueram sui preciosi sanguinis  
substantiam. q̄ quotidie in sacro missæ officio of-  
fertur deo patri pro nobis. ¶ Vnde & hoc ipsum  
quod Israelitico populo pollicitus est dñs in Leui-  
tico: iuxta hunc modū. Ponam tabernaculū me-  
um in medio uestri: & nō abiſciet uos anima mea  
Ambulabo inter uos, & ero uester deus: uosq; eri-  
tis mihi populus. Ego dñs deus uester, qui eduxi  
uos de terra Aegyptior̄, ne seruiretis eis: & q̄ cō-  
fregi catenas ceruicū uestrar̄, ut incederetis e-  
recti. Hoc ipsum, inquam, longe uerius in populo  
Israel secundum spiritum, fideliumq; cōetu Chri-  
stianismū profitentium, est cōpletum: q̄ in anti-  
quis patribus, sub nube & umbra Mosaicæ legis,  
diuersat̄. Posuit enim ipse dominus deus noster,  
tabernaculum suæ diuinæ maiestatis & humanæ  
substantiæ, in medio nostri: per hoc admirabile sa-  
cramenti eucharistiæ mysterium. Et sub specier̄  
panis & uini umbraculo, quasi regio quodam ta-  
bernaculo delitescēs: ambulat ueraciter inter nos  
per substantiam sui corporis præsentiam: seque-  
spectandum nobis & attractandum, pientissime  
exhibit. Ipse reuera est dominus deus noster, q̄ e-  
ruit nos de potestate principis tenebrarum, cuius  
seruituti eramus subiecti: quiq; confregit catenas  
miserandæ nostræ captiuitatis, ut incederemus li-  
beri & erecto in cœlos animo, assiduasq; libera-  
tori nostro gratias ageremus: exemplo filior̄ Is-  
rael, qui canticum laudis domino concinuerunt:  
cum liberati fuissent de manu Pharaonis,

Leuit. 26

Exo. 15.

## EVCHARISTIAE I. 19

¶ Ex uerbis B.Iob, diuersisq; psalmoꝝ & locis  
& prouerbiorꝝ sententia etiam concludi ue-  
ram corporis Domini nostri in sacramento  
eucharistiæ, præsentiam. Cap.VI

**A**lia quoque diuinæ ueteris testamenti  
scripturæ loca: manifestant rei propo-  
sitæ ueritatem, ipsam, s. corporis dñici  
substantiā: re ipsa in sancto altaris sa-  
cramento contineri. Et primum: illud  
beati Iob, in 31. cap. sui libri, uerbū. Si nō dixerūt  
uiri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius ut  
saturemūr? Quem locum exponens S.Gregorius  
in 22.lib. suorum mortalium, ait: Quæ nimirum  
sententia: potest quoq; per mysterium ex uoce re-  
demptoris intelligi. Viri quippe eius tabernaculi,  
de carnibus eius saturari: cupierunt, uel Iudæi, s.  
persequentes: uel gentiles credentes. Quia & illi  
moliti sunt corpus illius quasi consumendo extin-  
guere: & isti esurientem mentem suam desidera-  
uerunt quotidiano sacrificio de eius carnibus sati-  
are. Hæc ille. Quam sententiam etiam sequitur  
glossa ordinaria ibidem adducta: iſdem pene uer-  
bis eam exprimēns. Ex cuius posteriore parte, di-  
noscuntur gentiles in Christum credētes, magno  
affecti fuisse desiderio: ut de corpore eius secundū  
animam reficerentur. Atqui desiderium pauperū  
exaudiuit dominus: & præparationem cordis eo-  
rum audiuit auris eius, ut inquit propheta in psal-  
mo. Et de Hæbræis in deserto potentibus alimo-  
niā sibi a dñō ministrari: scriptum est, q; deside-  
riū corrattulit eis: q; q; nō sunt fraudati a desiderio  
suo. Q[uod]to magis decens fuit, & dñm nō fraudare

C 5

Iob. 31.

Gregori.

Psal. 9

Psal. 77.

## DE SACRAMENTO

viros tabernaculi sui atq; per uer; fidem ascriptos  
suæ familie, pio desiderio: quo expetuerūt sacro  
Christi corpore saturari. Et hoc laudabile cōple-  
uit eorū desiderium, qñ sacrū corpus suum & san-  
guinem in uer; animæ cibum & potum instituit:  
quo reficerentur n̄. qui tam syncero flagabant af-  
fectu.

z

Psal. 22.

Augusti.

Cassiodo.

1. Cor. II

Rursum, in psalmo 22. diuinus propheta  
deo de gratuita sacramentorum nouæ legis instituti-  
one gratias agens, ait: Parasti in cōspectu meo mē-  
sam: aduersus eos qui tribulant me. & calix meus  
inebrians, q̄ præclarus est. Quem locū sacri scri-  
ptores ad literam intelligendum putant, de sancto  
eucharistiæ sacramento. Siquidē August. mēsam  
hic interpretatur (ut annotat interlinearis expla-  
natio) cōmunionem corporis Christi. Cui subser-  
bit Cassiodorus his uerbis: in prædicti loci exposi-  
tione. Ecclesiæ mensa: est beata cōmunicatio, co-  
pulatio felix, saturitas fidei, esca cœlestis. Verum  
istam mensam aduersus eos paratam esse manife-  
stum est, qui in aliqua peruersitate demersi: ecce  
siam dei suo grauiter errore contristant. de quibus  
apostolus: Qui manducat & bibit indigne, iudici-  
um sibi manducat & bibit, non disjudicans corpus  
dñi: datum. s. ad remissionem peccatorū: & uitam  
perpetuam possidendam. De hinc paucis interie-  
ctis: subiungit de calice inebriante. Nouū munus  
est sanguis dñi, quod sic inebriat ut mentē sanet,  
ad delictis prohibens nō ad peccata pducens. Hæc  
uinolētia sobrios reddit: hæc plenitudo malis euā-  
cuat: Et qui illo poculo non fuerit repletus: æter-  
na redditur egestate ieiunus. Addidit, q̄ præclarus  
est (subaudi poculum) utiq; cum talia cōferat: ut  
ad celorum regna perducat. De quo poculo: in Eu-  
angelio dicitur: Qui biberit ex aqua quam ego de-



non sicut unquam, sed sicut in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Hæc ille: Quæ nequaquam de pane materiali: qui sit figura corporis Christi, aut de calice, uinoque secundū substantiam, quod sit solummodo signū sanguinis dominici: possunt intelligi. Quomodo enim mensa, tali instructa pane: dici posset parata in fidelium conspectu aduersus tribulantes eos? aut quo pacto calix uino materiali (quale ponunt aduersarij) oppletus: spiritu aliter ē inebriās, & præclarus denominari mereatur? Planum est itaq; in his prædicti psalmi uerbis, uerum C H R I S T I corpus uerumque sanguinem eiusdem insinuari: datum ecclesiæ sanctæ in sacramento eucharistia. Quod & Paulus Burgensis, in suis cii: ca eundem psalmum annotationibus: ita confirmat. Consequenter, inquit, sexto dicit. Parasti in conspectu meo mensam: scilicet communionem corporis C H R I S T I. Aduersus eos qui tribulant me: quia indigne sumentibus ob est. Qui enim manducat indigne, iudicium sibi manducat, primæ epistolæ ad Corinthios undeci mo. Quo quidem sacramento debite sumpto: caput, scilicet, mens sumentis, oleo læticiae, scilicet, gratia spiritualis impinguatur. Vnde sequitur. Impinguasti in oleo caput meum. secundum illud Ecclesiastis. 9. cap. Oleum de capite tuo non defici at. Quæ quidem mensa, in antiquis non habuit locum, nisi figuratiue. Exodi. 25. capite. ubi legitur de mensa posita in tabernaculo: super quam erant panes propositionis. Et sequitur septimo. Et calix meus inebrians: quam præclarus est, id est, Calix sanguinis Christi. qui sic inebriat recte sumentem q; dat oblivionem tenebrarum cogitationum. & sic quam præclarus est, Distinguit tamen mensam

Pau. Bur.

i. Cor. II

Eccle. 9

Exod. 25.

C 4

## DE SACRAMENTO

& calicem: non quia diuersa sacramenta, sed quia  
sub diuersis speciebus sumpta. Et inter ea interpo-  
nit. Impinguasti in oleo caput meū. quia impin-  
guatio mentis debite sumentium, oleo spiritualis  
laetitiae: communis effectus est utriusqz. Hæc ibi.

Rursum. Versum hunc psalmi septuagesimise  
ptimi. Et pluit illis manna ad manducandum, panē  
coeli dedit eis: panem angelorū manducauit hō. ex  
ponunt sacri interpretes de pane materiali dato sy-  
nagogæ, in figuram panis super cœlestis & uiuifi-  
ci, corporis s. domini nostri: exhibiti in ueritate i-  
psi ecclesiæ in sacramento eucharistiaæ, ut benefi-  
cium illud prius: fuerit præsignatio qdam benefi-  
cij posterioris, longe amplioris. Siquidem B. Au-  
gustinus in sua explanatione super psalmos: hunc

Augusti. locum explicans, ait: Qui mandauit nubibus desu-  
per, & ianuas coeli aperuit: & pluit illis manna ad  
manducandum, & panem coeli dedit eis, ut panem  
Angelorū manducaret hō: qui cibaria misit eis in  
abundantia, ut satiaret incredulos: nō est inefficax  
dare credentibus uerū ipsum de cœlo panē, quem  
manna significabat, qui uere cibus est angelorū.  
Quod dei uerbum: incorruptibiles incorruptibi-  
liter pascit. quod ut manducaret homo: caro factū  
est & habitauit in nobis. Ipse n. panis, per nubes  
euangelicas uniuerso orbi pluitur, & apertis præ-  
dicatorum cordibus tanquam cœlestibus ianuis,  
non murmuranti & tētanti synagogæ: sed creden-  
ti & in illo spem ponēti ecclesiæ prædicatur. Cui  
penitus respondet atqz concordat Cassiodorus: sic  
eūdem prædicti psalmi locum exponens. Manna  
interpretatur: quid est hoc? quod sanctæ commu-  
nioni decenter aptamus. quia dum admirando ci-  
bus iste pquiringitur; corporis domini munera de-

Ioh. II

Cassiodo.

claranrur. Addidit. panem cœli dedit eis. Quis est alter panis cœli, nisi Christus dñs : unde cœlestia spiritualem escam capiunt, & delectatione inæstimabili perfruuntur? Deniqz sic seqtur. Panē angelorum manducauit hō. Panis ergo angelorum, bene dicitur Christus: qā reuera ipsius laude pascantur: Neque em corporalem panem angeli manducare credendi sunt: sed illam contemplationem domini qua sublimis creatura reficitur. Verum hic panis in cœlo replet angelos: nos pascit in terris, illos contemplatione delectans: nos sancta uisitatione reficiens. Hæc ille Ecce sancti patres in huius loci explanatione, a figura ad ueritatem tendentes: per manna, panem cœli, & panem angelorum: intelligunt ipsum corpus dominicū: non figuram eius aut signum, ecclesiæ a Christo exhibitum. ¶ Ad hæc. Hunc psalmi octogesimi uersum, Et cibauit eos ex adipem frumenti: & de petra, melle saturauit eos. sacrarę literarę explanatores: mysterio etiā sancte eucharistie accommodant. Quippe Hieronymus locum illum edifferens: ait. Induxit eos in terram repromissionis: cibauit non manna ut in deserto, sed frumento quod cecidit, quod resurrexit. Hæc ibi: Illud autem frumentum, uerum est dñi corpus: quod cadens in terram mortuum fuit, sed demum tertia die factum est rediuium, & ad immortalitatem resurrexit. quo deus ipse cibauit suos fideles: & educare non desinit. & de petra Christo, melle diuinæ dulcedinis & exuberantiae gratiarum in eucharistia affluentium: saturauit eos. Neque ab eo intellectu discrepat Cassiodorus: phibens quod per adipem frumenti prophetas siue manna significat, siue corpus dñi Christi Adipē quippe dicimus: animalium pinguedinem cor-

C S

4  
Psal. 80.Hieroni-  
mus.

Ioan. 12

Cassiodo-  
rur.

## DE SACRAMENTO

pulenta. Quod nomen, ad frumentū abusivē translatū est, ut significaret ei interius aliquid inesse honestatē. Hæc ille. Quæ omnia, uero corpori Christi apte cōueniunt: nos aut̄ figuræ & signo, quale cōfingunt aduersarij. ¶ Adde q̄ in hoc psalmi centesimi tertij versu, ut educas panem de terra: & quinū lætificet cor hoīs: idem designari sacroſanctæ eucharistiæ mysterium testātur sacri autores. quandoquidem Hieronymus eundē interpretans locū ait. A terreni corporis agro quem a nobis assumpsit Christus: mysterium proferens cœlestis panis ac poculi salutaris, quo reficiatur ecclesia. Et paulo post, hanc explanans sequentis versus p̄ticulam. & panis cor hominis cōfirmat. subnectit. Ipse panis, ipse corda nostra cōfirmat: q̄ descendēs de cœlo, uitam tribuit mundo. Conionat eidem & ipse Cassiodorus: eam p̄ticulam. & uinū lætificet cor hominis. ita exponēs. Vīnum lætificat cor hominis: cum sacramētū fuerit in sanguinē domini Christi. Hinc nos inebriari licet: sicut scriptum est. Et poculum tuum inebrians: quam præclarū est. Ipsū est enim reuera merum, quod lætificat mentem: non qđ ad reatum uitiaq; perducat. Ebrietas sobria, satietas felix: quæ merito lætificare dicitur quia nihil ibi culpabile reperitur. Hæc ibi. In quibus, & uerum ipsius domini corpus: insinuatū ēē panis, de terra nostræ mortalitatis eductus. & uerū itidem eius sanguis: esse uīnum, humani cor-dis lætificatiū. De figura uero & horū symbolo: ne unum qđem uerbum hic profertur. ¶ Demū & hanc psalmi centesimi decimi (qui totus de sanctissimo eucharistiæ sacramento: secundum probatos expositores peculiariter intelligitur) particulam, escam dedit timentibus se, elucidans glos-

Psal. 103

Hierony.

Ioan. 6

Cassiodo.

Psal. 23.

Psal. 110

6

## EVCHARISTIAE I. 22

sa: ibidem ait: Escam dedit, non carnalem: quæ & malis est cōmuniſ. ſed ſpiritualem: id eſt corpus & ſanguinē. Hierony. quoq; & Auguſtinus in eiusdem loci enucleatione: per eſcam inibi intelligunt panem qui de ccelo deſcendit. Deniq; Caſſio dorus circa eundem locum dicit: Sicut promiſſus eſt in ueteri teſtamēto dominus ſaluator: ita in no uo aduenire dignat uſ eſt, in quo eſca data ē timē tibus cum, id eſt cōicatio corporis & ſanguinis ſa tri, quæ eſt ſalus gentiū & remiſſio peccatorū. Sic ibi. Videre qđem & hic eſt, ſacros authores my ſterium ſanctæ euchariftiæ explicantes: non figu ram corporis & ſanguinis domini cū Occolam padio proponere, ſed iſpsum uerum corpus & ſan guinem Christi preciōſum nominatiſ exprime re. quod hæc: in illo ſuperexcellenti ſacramēto, ſe cundū eorū ſententiā ſolidamq; totius ecclesiæ fi dem: reuerā contineātur. ¶ In ſup hanc in prouerbijis diuinæ ſapiæ uocem: oīm ad ſui conuiuū pti cipationem, in uitatorium. Venite, comedite panē meum: & bibite uinū, quod miſciū uobis. expo nens ad Irām Nicolaus Lyranus. dicit eā, Christi (qui æterna eſt dei patris ſapiā) eſſe uocem: benig gniter uniuersos ita uocante. Comedite panē meum: id eſt corpus meū, ſub ſpecie panis exhibuitū. Et bibite uinū: quod miſciū uobis. id eſt ſanguinē meū ſub ſpecie uini: in quo admiſcetur aqua. Ab eadem itidem intelligentia nō diſcrepat Hierony. in annotationib; ſtriſ ſup eundem prouerbiorū locum dicens. In pane, diuina eloquia: in uino mixto, coniuncta in unam Christi personam, deitas & humanitatis eius natura exprimitur, ut ſu pra dictum eſt. Vel certe in pane, corporis iſpi es; in uino mixto, ſanguinis ſacrolancti myſteriū

Caſſiodo:

7  
Præter. 9

Nico. Ly.

Hierony.

## DE SACRAMENTO

(quo in altari, mēsa uidelicet eius, satiamur) ostēditur. Sic ibi. inuitamur itaque prædictis æternæ sapientiæ uerbis: non ad figuram corporis & sanguinis dominici. sed ad ueritatem utriusque secundum substantiam, sumendam. Postremum in libro Sapientiæ, Salomon beneficium quotidianæ alimoniae populo Israelitico a deo impensum in deserto, commemorans: ait. Angelorum esca nūtriri iussisti populum tuum: & paratum panē de cœlo præstisti illis sine labore, omne delectamētum in se habentem, & omnis saporis suauitatē. Substantiam enim tuam & dulcedinem tuam quod in filios habes, ostendebas: & deseruiens uniuscū iusquæ uoluntati, ad quod quisquæ uolebat conuertebatur. Quem sane locum glossa ordinaria illic explicant: & a ueteris legis figura ibi proposita, transferens se ad ueritatem rei, in noua lege exhibitam & symbolo mannae præsignatam: ait. Manna significat panem qui de cœlo descendit: & dat uitā pro mundi uita. Hæc ibi. Hic aut̄ sup cœlestis panis & hæc sanctissima caro: uero est Christi corpus, quod in uenerabili eucharistiæ sacramento re ipsa continetur, non aut̄ duntaxat tantum in signo. Occurrent denique studio lectori & alijs plerique ex sacra ueteris testamēti pagina loci: eandē ueritatē: quā elucidare paramus, astruētes. una cū sacro*re* authorum expositionibus: inuolucra figurarum illius prisci temporis, ad reuelatā nouę legis lucem & detectiora sacramēta, referētibus potissimum in psalmo quarto. Hieremiacū tricesimoprimo capitulo. Malachiæ itidē primo, & denique Zachariæ nono capite. Quos quidē locos alioꝝ diligentiæ disquisiendos relinquimus; ad ulteriora progredientes.

Sap. 16

Iean. 6

EVCHARISTIAE. 29

¶ Ex euāgelica lectione, clare etiā demōstra  
ri vītate corporis & sanguinis dñi: in sacro  
sancto eucharistiæ mysterio. Cap. VII

**I**n noui uero testamenti scriptura, multo a-  
pertius habetur testimonium de uera cor-  
poris domini nostri existentia secundū rea-  
lein præsentiam & substantiam, in eucha-  
ristia: quā in ueteris instrumenti pagina. qm̄  
discussa iam figurarū nube & opacitate per adūē  
tum Christi: ueritas lympidius illuxit mūdo, re-  
ferataque sunt clarius alta fidei mysteria: quæ pri-  
us sub figurarum integrumentis delituerant. Et  
primū idipsum quod asseuerare constituimus: di-  
lucide colligitur ex ea particula orationis domi-  
nicæ, apud Matthæum sexto capite posita. Panē  
nostrum supersubstantiale: da nobis hodie. Vbi  
per panē supersubstantiale: non recte accipitur  
panis materialis, qui transit in alimoniam corpo-  
ris (quoniā is nequaq; supersubstantialis est: sed  
sublunarīs & terrestrib; sed panis supercelestis &  
uiuificus: uerum scilicet Christi corpus, nobis re-  
lictum in animæ nostræ cibum. Quod in prīmis  
glossa ordinaria testatnr: ibidem dicens. Hic est  
panis uiuus qui de cælo descendit: cuius naturæ  
sublimitas super omnes substancialias est Consonat  
illi & Nicolaus Lyranus: eundem locum de sacro  
mento eucharistiæ exponens. Sed & beatum Hie-  
ronimū audiamus: in eiusdem loci enodatione,  
qui post enarratas diuersorum interpretum illi-  
us propositionis petitoriae traductiones, subne-  
cit. Quando petimus ut peculiarem uel præcipu-  
am nobis deus tribuat panem: illum petimus qui  
dicit, Ego sum panis uiuus: qui de cælo descendit

Matth. 6.

Hironi.

Ioan. 6

## DE SACRAMENTO

Accedit eidem & Ambrosius in libro quinto de sacramentis: capite quarto, ubi breue totius orationis dominicae constringit explanatione dices. Memini sermones mei: cum de sacramentis tractarem: dixi uobis, quod ante uerbū Christi, quod offeratur: panis dicatur. Vbi Christi uerba deprōptas fuerint: iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quae postea sequitur: ait. Panē nostrū: Panem quidem dixit: sed επιδοτοπ dixit, hoc est supsubstātiālem. Non iste panis est quadrit in corpus: sed ille panis uitæ æternæ, q̄ animæ nostræ substātiām fulcit. Ideo græce: επιδοτοπ dicitur. Hæc Ambrosius ibidē. Omniū itaq̄ hoꝝ, & aliorū complurium (quos breuitati studentes hic omittimus) sententia: in eo apud Mattheum loco designatur sanctissimū eucharistiæ sacramentum. & p panē supsubstātiālem: ibidē accipi debet uero Christi corpus, qui est panis uit. & ¶ Quinimmo & beatus Cyprianus in tractatu suo de expositione orationis dominicanæ: hanc eius particulam, panem nostrū quotidianum da nobis hodie: apud Lucā, expressam. primo exponit de pane sancto uitæ & salutis æternae, scilicet uero Christi corpore: quod in sacramento eucharistiæ nobis est relictum. Quā etiam intelligentiam: sanctus Ambrosius in sui libri de sacramentis loco iam citato, & August. in secundo libro de sermone domini in monte (ubi petitiones orationis dominice: singulatim enucleat) & complures alij non cōtemnendi authores: sequuntur & assignant. Non igitur in illo sacratissimo eucharistiæ mysterio manet post consecrationem panis materialis & frumentarius: qui tñ sit figura corporis dominici & signū, ut uolunt aduersarij; sed

Ambros.

Cyptian:

Lucæ, II.

Ambrosi.

## EVCHARISTIAE.

24

vere subsistit ibi secundū propriā substantiā: cor  
pus Christi. ¶ Præterea Matthæi vicesimo sexto  
capite scriptū legimus, q̄ ipse dominus noster in-  
stituens hoc admirabile mysteriū: acceptū panē  
benedixit & fregit. deditq; discipulis suis dicens.  
Accipite & comedite: hoc est corpus meū. Quod  
non significatiue intelligendū ē, aut figuratiue:  
manifestat ipse Hierony. in commenrarijs suis su-  
per Matthæū, prædictum locū ita explicēs. Post  
q̄ typicum pascha fuerat impletum, & agni car-  
nes cum apostolis comedederat: assūmit panem qui  
confortat cor hominis, & ad uerū paschæ trāsgre-  
ditur sacramentū. Ut quō in præfiguratione eius,  
Melchisedech dei summi sacerdos panē & uinū of-  
ferens fecerat: ipse quoq; ueritatem sui corporis  
& sanguinis repræsentaret. Hæc ille. Exhibuit ita-  
q; dominus, teste & assertore Hieronymo, in cœ-  
na illa postrema ueritatem sui corporis, apostolis:  
non figuram aut signū tantūmodo. Qd & de pre-  
cioso eius sanguine: ex eius dē euangelistæ litera,  
liquido constat. Subdit em ibidem, quod Christus  
postea accipiens calicem: gratias egit, & dedit di-  
scipulis suis dicens. Bibite ex hoc oes. Hic est enī  
sanguis meus noui testamenti: q pro multis effundit  
detur in remissiōem peccatorū. Certe sanguinem  
dominicū, secundum substantiā ueritatem dei  
traditum suisse discipulis in calice: conuincit apte  
adiūcta illa particula. qui pro multis effundetur.  
quæ non nisi de uero sanguine secundum rē ipsa;:  
potest intelligi. Nunquid enim in cruce, symbolū  
tanum signumq; sanguinis effusum est in remis-  
sionem peccatorū: & non uerus ipse domī nostri  
sanguis? Quis(oro) usq; adeo demens est & mente  
captus; ut dicat in cruce, uini esse duntaxat factū

5 Math. 26

Hierony.

Gen. 14

## DE SACRAMENTO

effusionem e corpore Christi, quod repræsentaret  
ipius sanguinem, in precium nostræ redemptio-  
nis? Tunc enim non uera fuisset sanguinis effusio  
in hora passionis eius: sed phantastica tantum &  
apparens, quare nec uera fuisset nostri redemptio-

<sup>4</sup>  
Mar. 14.

Theophi-  
lus.

Ioan. 6.

<sup>5</sup>  
Lucæ. 22.

¶ Sed nunc ad Marcum euangelistā transeamus:  
qui in decimo quarto sui euangelij capite, ijsdem  
pene uerbis cum Matthæo, describit prīmam au-  
gustissimi eucharistiae sacramenti sub utraque  
specie institutionem. In cuius loci expositione:  
Theophilus explicans hæc domini uerba. Hoc  
est corpus meum. ait. Hoc etiam, quod nūc do: &  
quod nunc sumitis. Non autem panis, figura tan-  
tum corporis Christi est: sed in proprium corpus  
Christi transmutatur. Nam dominus ait. Panis  
quem ego dabo: caro mea est pro mundi uita. Sed  
tamen caro Christi non uidetur: propter nostra cō-  
suetudinem. Panis enim & uinum: de nostra cō-  
suetudine est. Si uero carnem & sanguinem cer-  
neremus: sumere non sustineremus. Propter hoc  
dominus nostræ infirmitati cōdescendens, speci-  
es panis & uini conseruat: & panem & uinum,  
in ueritatē suæ carnis cōuertit & sanguinis. Hæc  
ille. In quibus manifeste negat, panem a Christo  
suis porrectum discipulis, fuisse figuram corpo-  
ris Christi; sed sub speciebus illis uisibilibus, ueri-  
tatem dominicæ carnis re ipsa contineri. ¶ Audia-  
tur deinceps & beatus Lucas, qui in uicesimo se-  
cundo capite sui euangelij, idem recenset admira-  
bile mysterium: commemoratque dominum no-  
strum in traditione panis sacri dixisse discipulis  
suis. Hoc est corpus meum: quod pro uobis datur  
id est, traditur in mortem. Sed nunquid figura cor-  
poris dominici (utpote panis materialis secundū

## EVCHARISTIAE I. 25

Oecclāpadiū: representā corpus Christi passū) tradita est in mortem pro nobis, & affixa cruci? Phātestica certe tūc fuisset & nō uera. Christi pa ssio: apparīsq; tñ & nō existēs, q; summe est bla sphemū. Subiecta igitur ea particula, q; prouobis datur plane indicat sermonē illic haberi de uero. Christi corpore; & tunc discipulis tradito, & pau lo post crucifi xo . Haud aliter cū in porrectione calicis benedicti, refert idē scriba cælestis: dñm su is dixisse discipulis. Hic est calix, nouū testamen in sanguine meo: q; pro uobis fundetur. p subiectā hāc de effusione sanguinis futura sētentia; clare p aefacit , dñm nostrum de uera sui sanguinis sub stantia fuisse locutū, & nō de eius figura aut signo scilicet uino materiali . Vnde uenerabilis Beda in suis sup̄ Lucā cōmentarijs: hunc euāgelij locū elu cidans, ait. Fin itis paschæ ueteris solēnij, q; in cō memoratiōne antiquæ de Aegypto liberationis agebantur: transiit ad nouū: q; in suæ redemptio nis memoriā , ecclesiā frequentare desiderat . Ut uidelicet pro carne agni & sanguine , suæ carnis sanguinisq; sacramētū in panis & uini figura sub stituens: ipsum se esse mōstrarer, cui iurauit dñs & nō penitebit eū, tu es sacerdos in æternū: sectū dum ordinem Melchisedech. Frangit & porrigit ut ostendat sui corporis fractionem, non sine sua sponte futurā. Agit gratias de ueteribus termina tis: & nouis incipiendis. Hæc ille'. At quō termi nata erāt uetera: si tūc Christus suis discipulistā tum tradidit figurā & signū sui corporis & san guinis. Nōne tūc adhuc sub figura & in uolucro tra didisset ipse sua sacramēta? q; eo ipso nequaq; fuisse Iudaicis sacramētis supiora & potiora: immo eadem prorsus cū illis, umbratica, s, & figuralia;

D

Ibidem.

Beda.

Psal. 109.

## DE SACRAMENTO

Quomodo etiam in illa cœna nouissima, inchoata erant noua sacramenta: si illa itidem data suffissent tantum secundum figuram, & non ueritatē. Ecce cum iam teneamus syncærā regē sacratissimā & meram ueritatē, & in luce uersemur euā gelicæ perfectionis: redigit nos denuo Oecolampadius ad sacramenta Iudaica, & in umbras atq; figuræ antiquæ legis rursus nos deuoluit. ¶ Accedat insup istis & quartus testis fidelissimus, diuiniloquus scilicet Paulus: qui in primæ ad Corinthios epistolæ suæ undecimo capite, candē cōmemorat huius altissimi mysterij institutionē. Et accepto qdem pane: dominū dixisse refert. Hoc est corpus meum: qd pro uobis tradetur. Quod certe uerbū: nō nisi de uero eius corpore secundū substantiā, potest intelligi. cū nō sit ipsum corporis figurale signū: in morte pro nobis traditū. Eadem quoq; ratione, & uerba dñi: in porrectione calicis tunc prolata, & a Paulo ibidē descripta. utpote. Hic calix: nouū testamentū est in meo sanguine: substantialiter ibi discipulis exhibito. Tantudem enim illa ualent: atque si dixisset. hic calix est meus sanguis, siue continet meum sanguinem: in quo effundendo confirmatur nouum testamentū. Atq; non est facta noui testamenti confirmation: in effusione signi siue figuræ ipsius sanguinis. Neque igitur tale sy mbolū atque repræsentationem continebat ille calix: sed ueram sanguinis substantiā.

¶ Porro his quatuor testibus fide dignissimis modo adductis, conscriptum est hoc domini nostri testamentum. ante quidem promissum his uerbis, a pud Ioannem ante prolatis. Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita. quibus non suæ cas-

6 Cenne. II.

Ioan. 6.

nis figuram, sed substantiam se daturum fidelibus  
pollicitus est in testamentum aeternum. Deinde uero  
illud est exhibitum a Christo, sub ipsum uitae suae  
exitum: cum esset ipse nostrae redemptionis myste-  
rium pro morte crucis consummatus. Testamentum  
in qua: de quo sic loquitur propheta in psal. Man-  
davit in aeternum testamentum suum. Et rursus. Me-  
mor erit in seculum: testamenti sui. In quo admira-  
bili testamento, ipse dominus qui fidelis est in om-  
nibus uerbis suis, & sanctus ac iustus in omnibus  
opibus suis: sacratissimum suum corpus & sanguinem  
secundum substantiam, in memoriam suae passionis  
nobis reliquit. At uero Oecolapadius & sui affecta-  
tores, hoc rescindere & sublegere moliuntur te-  
stamentum & alterius omnino commentitium suppone-  
re, quo non corpus dominicum & sanguinem: sed am-  
bo & figuram & signum tantummodo, legatum ecclae-  
siae sanctae contendunt. Quod si quis in priuato ne-  
gocio subdititium aut supposititium subjicere stude-  
ret testamentum, uero atque legitimo clanculum subla-  
to: graui profecto foret poena multitudinis, ob fraude-  
datum testatoris ultimam uoluntatem. Quale igitur  
censi debet piaculum, & quam acerbo dignum sup-  
plicio: quod testamentum altissimi. morte unigeniti  
filii dei confirmatum, hi corruptores ueritatis  
& falsarium subducere nituntur toti ecclesiæ, & al-  
terum adulterinum uafroque confictum ingenio:  
in illius locum clandestina fraude supponere? Cer-  
te totus in eos Christianus orbis consurgere debe-  
ret, & tantæ impietati debitas penas ab ipsis ex-  
poscere: quoniam & in testatorem ipsum & in eos oes-  
quibus tantum munus testamento est legatum, su-  
pra modum sunt iniurij & contumeliosi.

D 2

Psal. 110

Psal. 144

DE SACRAMENTO

¶ Verba Christi, in sexto euāgeliū beati Ioannis capite dicta, de mandatione carnis eius: recte intelligi posse de sumptione sacramentali corporis ipsius, & non tantum de spirituali.

Cap. VIII.

**S**extum præterea euāgeliū secundū Ioannem caput, continens sublimen illum & præclarū domini nostri sermonē de pane illo uitali & superadmirando: multis in locis manifeste prodit & comprobat, in sancto eucharistiae sacramento uerum corpus & sanguinem Christi contineri secundum ipsā rei substantiam, & non solam figuram. Quod sane dilucidius euadet: si modo ante monstrauerimus, illa domini nostri uerba inibi descripta, etiam recte intelligi posse iuxta literalem sententiam de mandatione sacramentali, & (ut ita dixerim) reali corporis dominici: & non tantum de spirituali, ut contendit Oecolampadius. Qui uidens ex eo loco ualida contra se posse sumi argumenta ad comp̄ probandam irrefragabiliter corporis Christi in eucharistia ueritatem: ut illa declinet atque subterfugiat, hunc unum obiectat clypeum omnia illa saluatoris nostri uerba ibidem p̄folata, tantummodo intelligi debere de spirituali corporis & sanguinis domini sumptione: per intimam mentis devotionē, diuinæque gratiæ susceptionem ac unionem cum deo. & non de sacramentali eucharistiae acceptance: per exteriorem mandationem aut haustum. Quod tamen a uero prorsus alienum esse, facile p̄cipiet: q̄sq̄s antecedētia illius capitatis acta, & cōlequētia Christi uerba, apte cōcinnauerit. ¶ Siquidē prius cibo corporali; magnā ho-

Ioan. 6

## EVCHARISTIAE. I. 27

minū multitudinē , diuina uirtute Christus satia  
uerat in deserto . Deinde audios adhuc illus cibi  
& nihil sublime in eo facto attēdetes: cœlesti ma-  
gisterio ipse legifer noster & doctor optimus,  
subuexit ad contemplationem & desiderium ci-  
bi illius sup̄celestis. quasi eos a carne ad spiritu<sup>z</sup>  
a terra ad cœlū: a corpore ad mentē, traducens ac  
euehens. Quēadmodū & ante, mulierem Samar-  
itanā anagogica manuductione ab aquæ corpo-  
ralis usu: ad spiritualis aquæ diuīę gratiæ notio-  
nē & desideriū, trāssferre studuerat, Nō esset autē  
huiusmodi assur rectio a cibo corporali & terre-  
stri ad spiritualē cibū atq; cœlestē dñici corporis  
cōcinnā & cōueniēs: nisi in eo sermone intelliga-  
tur fieri mētio de mādicatione sacramētali diuī-  
næ eucharistia, ut hoc mō, cibo mortali corporis  
respōdeat immortalis aīæ cibus longe omniū ex-  
cellētissimus & dignissimus. Adde, q; in toto il-  
lius sermōnis cōtextu nihil occurrit: qđ apte non  
possit accommodari manducatiōi sacramentali,  
absq; obtorta alicuius loci inuersione aut uiolen-  
ta expositione. Siq; uero cōtendat, omnia illic dī  
cta, solū de spirituali sumptione illius sacramenti  
intelligi debere: cogetur pleraq; ibi posita ad sen-  
sum trahere quasi literæ repugnantē, neq; tantam  
inueniet sententia, inter se cohārentiā & concin-  
nitatem: quantam comperiet, eas etiā adaptando  
sacramentali sumptioni . Quō enim hæc senten-  
tia(ut alias multas prætermittamus;ibidem scri-  
ptas) caro mea uere est cibus: & sanguis meus ue-  
re est potus, similiter & hæc. Panis quē ego dabo  
caro mea est pro mūdi uita, accōmode ad aliū ci-  
bū & potū qđat adaptari: qđ ad sacramētale? Qua-  
lis aut̄ est cibus; talis est & eius mādūcatiō. Ad 3

Ioan.4.

Ioan.6

D 3

## DE SACRAMENTO

hæc, Orthodoxi patres doctrīa celeberrimi, H̄ie  
ronymus, August, Ambro. Gregorius, Chryso-  
stomus, Cyrillus, Alexandrinus, Nicolaus Lyra  
nus, Rupertus Tuitieñ. Theophilactus, & alij cō-  
plusculi: locum illum et angelicum explicarūt de  
manducatione corporis Christi sacramentali, & nō  
solum de spūali. Quidn̄ igitur eorū sequemur ue-  
stigia in huius uiae peragratione: & gressibus illo  
rum insistemus? Quisq̄s enim illos imitari p̄git:  
nec eū malus auferet error, nec in præcipitia aut  
diuerticula prauorum dogmatum abducet. ¶ De  
niq; ecclesia sancta, authoritate sua (quaē grauissi-  
ma apud oēs haberi debet) approbat hanc intelli-  
gentiam uerborū domini illic positorū, de sacra-  
mentalī manducatione. cum in officio ecclesiasti-  
co, in solemnitate uenerabilis sacramenti eucharisti-  
cæ decantari solito, & iam olim publico consen-  
su recepto: euangelium & alias eiusdem officij p̄-  
tes, ex eo desumit loco. quæ minus congruenter  
adaptarentur illi celebrati: si non accommodarē-  
tur sacramentali sumptioni. In officio itidē missæ  
pro defunctis, plerunq; ex eo Ioannis capite desu-  
mitur euangeliū: quod nullam haberet ad rē subie-  
ctam congruentiam, nisi intelligatur de sacra-  
mentali sumptione, qualis fit in missæ pro defunctis  
mysterio. ut intelligatur celebratio illa ac oblatio  
diuini sacramenti: non mō uiuis, sed & exemptis  
hac uita plurimū cōferre. ¶ Necq; subuerendū est  
cuiquā, si locus ille euāgelicus explanetur de man-  
ducatione sacramentali corporis dñi: ansam inde pre-  
beri errori pestifero Bohemorum de cōicatione  
laicorum sub utraq; specie, quod copulatim illic  
a Christo texatur sermo de manducatione carnis  
eius & hibitione sanguinis: tanquam necessaria

4

## EVCHARISTIAE. I. 28.

Quicq; ad salutē æternā. Ad quam hæreticorū captiōnem declinādam: adacti fuisse uidentur nōnulli scriptores illius t̄pis, eo contugere, quod uerba illa domini apud Ioannem expressa de manducanda eius carne & bibendo sanguine: intelligi duntaxat debeant de sumptione illius mysterij spūali. Quod tamen (saluo meliori iudicio) factū non oportuit. Nam quicquid sub una specie. scilicet panis sumit eucharistiā: & uerū accipit Christi corpus, & pariter sacerdos eius sanguinē. q̄c consego quodā naturali: sanguis ipse comitetur corpus uiuum et animatū (quale est: sacratissimū Christi corpus in eucharistia) & eidē naturaliter uniatur ac insit. Quocirca laicus sub unica specie utpote panis, ac cipiens sacrā communionē: & māducat uere car nē domini, & uere bibit eius sanguinē. q̄c ut sancta concinit ecclesia: omnibusq; credendū propo nit) manet Christus totus sub utraq; specie. & ita sub specie panis: & uerū eius corpus, & simul eiusdē sanguis, re ipsa continetur. Porro hæc diffusus pertractauimus in primo propugnaculi libro circa finem ipsius. ubi huiusmodi materea de cōmunione laicorum sub una specie: latius est discussa. & aduersariorum captiosa argutia, quæ ex illis se xti capitib; sancti Ioannis uerbis trahitur: inter ceteras obiectiones ibidem etiam est dissoluta. ¶ Neque illud itidem obstaculo est, quo minus illa domini uerba in prædicto Ioannis capite deprōpta, intelligātur de manducatione corporis eius sacramentali: q̄c eo tempore quo habitus est ille sermo Christi ad populu in Capharnaum, nō dū fuerit institutum sacramētum eucharistiæ. sed primū in ultima cœna: sermonē illī multo téporis intervallo subsecuta, neque debuerint uerba

D 4

Capit: 28  
& tribus  
sequenti-  
bus.

§  
Iohan. 6  
Obiectio  
nis dilutio

## DE SACRAMENTO

obligatoria ad illius mysterij sumptionem: a Christo explicari (qualia in illo capite contineri uidentur: si de sacramentali intelligentur communione) antequam illud ad quod exprimitur obligatio: fuerat sanctum ac ordinatum. Nempe huiusmodi uerba Christi, obligationem sonantia: intelligenda sunt pro tempore, quo fuerit institutio sacramenti eucharistiae facta, ac promulgata palam quandoquidem de futuro tam mysterio se tunc coram prologi. Christus satis insinuauit: cum futuri temporis uerbo utens dixit. Panis quem ego dabo: caro mea est pro mundi uita. quo quidem dicto, se nondum panem illum de quo loquebatur, dedisse: aperte denunciauit. Sed nonne circa principium suae prædicationis: Christus dixisse scribitur Nicodemo. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto: non potest introire in regnum dei? Quo sane tempore, uero simile est necdum suis institutum ab ipso baptismum: aut saltem non fuisse palam publicatum, & tamen ea uerba obligatoria accipienda tantum erant pro tempore: quo sacramentum illud regeneratiois foret promulgatum. Cur ergo consimili ratione non poterunt uerba illa domini obligatoria ad sumendam eucharistiam, recte accipi pro illius temporis curriculo: quo fuit constitutum a Christo tam sublime mysterium, & fidelibus sufficienter annunciatum? Neque praepostere aut nequicquam dicta putari debent uerba sacratissima domini, de altissimo illo sacramento in propatulo habita: ante primariam illius institutionem postea facta. Cæterum hic rursum insistet forsitan aliquis, & contendet: susceptiorem eucharistiae non esse iuris diuini, cuius tamen oppositam partem, uerba illa domini interminatoria in eos quod non manducauerint carnem eius: si de sacramentali sumptioe intel-

Ioan.6

Iodn.5

6  
Ioan.6

ligantur, plane indicare uidentur, q̄m si diuino iure ea diceretur sancita: obstringeretur promiscue oēs & sine discrimine, ad h̄mōi sumptionem, qđ tamen nō ita uidetur se habere. Nam & infantes, & debilitate stomachi laborantes, & alijs legitimo impedimento detenti: ad talē susceptionē nō astricti guntur. ¶ Cui adhibenda est responsio: sumptionem ipsam eucharistiæ (si generalem eius rōnem solū attēdamus) haud dubiæ iuris esse diuini. Determinationem vñ particularem circumstantiæ eiusdem operis: ut qua ætate & quo tpe sumi debet eucharistia, & a qualibus & quō: ex ipsius ecclesiæ sanctæ decreto & cōstitutione emanasse, censendum est. qđ directore spiritu sancto sanciuit per temporē quædam interualla, salutaria statuta illius diuini iuris declaratoria. Necq; illud impedit sacram cōmunionē præcepti esse diuini: qđ non omnes passim & indiscriminatim ad illam sumendum teneantur. Nam obseruare ieunium, & dare eleemosynā, & orationē Deo fundere, diuini sunt iuris: ut de ieunio alias ostendimus. & tamen nō omnes semper astringuntur ad illatria bonorē ope rum genera. quis enim infantulos & graui detentos morbo: dixerit ad ieunium obligari? Haud aliter tametsi non omnes semper obligentur ad sanctam cōmunionem sumendum: id sufficiens non est argumentum ad colligendum, ipsam eucharistiæ susceptionem non esse diuinæ sanctionis, cum ad rationem talis præceptionis, hisce uerbis explicatae. Nisi māduaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis uitam in uobis. id sufficiat. qđ debeant omnes, cum cōgrua fuerint ætate, ecclesiastico decreto determinata, & nullo legitimo detinentur impedimento, sacræ

D S

Lib. 3. pro  
pugnaculi  
cap. 8.

Ioan. 6.,

## DE SACRAMENTO

¶ sumere eucharistiam. ¶ Deniq; nec illud quempiam moueat ad ea refutanda quæ impræsentiarum proponimus: q; complūculi autores sacri, & uitæ sanctimonia & doctrinæ splendore clarissimi, sextum illud Ioannis caput, cœptum ad ea q; de manducatione carnis filij hominis ibidem edifferūtur: censem esse intelligendum de manducatione spirituali eiusdem. Nā necq; nos ipsi refragamur illi sententiæ: sed ingenue admittimus illa summæ ueritatis uerba, de illa spirituali sumptione etiam accipi posse. Id rāmen unum hic adiçimus: eadē quo q; uerba Christi haud incōgruēter intelligi posse & exponi, de manducatione carnis eiusdem sacramentali. In quo asserto: nequaq; alteri sanctoꝝ patrum sententiæ reclamamus aut cōtradicimus. cū utrāq; dictarꝝ expositionum, & pia & catholica, meo iudicio, censerī queat. Q; si quis contendat, prædicta Christi uerba tantummo de sumptione spirituali esse intelligenda, & nullo pacto de sacramentali: id moleste non ferat nec grauare, si ratiōibus supra postis inducti discedamus ab ipsius sententia, & in aduersam partem flectamur.

¶ Ex sexto quoq; euangeliꝝ B. Ioannis capite plurifariam confici: q; uerum in sacramēto Eucharistiæ sit Christi corpus, secūdum substantiam.

Ca.IX

**H**oc igitur iacto solide fundamento, q; uerba illa Domini, in sexto Ioannis capite cōtentā, recte etiam accipi queant de sumptione Eucharistiæ sacramenta li: nostram superextruamus hoc molimine fabricam, & cœptum ita comprobemus ex eodem Ioannis capite, de ueritate dominici corp

## EVCHARISTIAE. I. 30

tis in eucharistia, propositum. Ipsi turbæ extenu  
anti miraculum de multiplicatiōe quinqp panum  
in deserto, paulo ante facta: in comparatione ad  
manna in solitudine patribus suis sub Mose exhibi-  
bitum (quasi hoc, maius esset signum: quod exatura  
tio quinqp militū uirorū de quinqp panibus) respon-  
dit dominus: Amen, amen dico uobis, Non Moy-  
ses dedit uobis panem de cœlo sed pater meus dat  
uobis panem de cœlo uerū. Panis enim uerus est, quod  
de cœlo descendit: & dat uitam mundo. Quib. uer-  
bis aperte distinguit Christus panē illum spiritua-  
lem quod in sacramento Eucharistiae datur, a manna  
Israelitico: tanqp panē uerū a figurali, & tanquam  
ueritatē a sua figura. quod panis iste uerus, a deo pre-  
singulari quodam dono est datus toti mundo: cum  
filium suū unigenitū misit in mundū, non uni po-  
pulo particulari, sicut māna sub Moysē. Quod item  
de cœlo, imo de summo cœlo, habitaculo & de  
regalibus sedibus: panis iste uerus descendit proin-  
carnationis mysterium. māna uero, solum de cœ-  
lo aero in modum roris pluerit. Denique quod panis  
iste uerus uitam spiritus prestat mundo, uimque  
habet animarum uiuificatricem: quod māna He-  
brœorū prestare neutiquam potuit. Quare per pa-  
nem istum uerum, repræsentatum per manna Iu-  
dæorum: intelligitur in hoc euangelij loco rectissi-  
me sacratissimum Christi corpus unitum diuini-  
tati, & in dignissimo eucharistiae sacramento nobis  
relictum. At qui panis ille materialis & cribrari-  
us, quem ponit Oecolampadius tantum esse figu-  
ram corporis Christi, & pro signo eius nobis di-  
missum i eucharistia: quō uerus erit ille panis, de  
cœlo descendens & mundū uiuificans? imo quo-  
nā pacto figuralis nō erit, & ipso manna Iudaice.

Exod. 16.

Ioan. 6..

## DE SACRAMENTO

Inferior non subsistet: ut supra iam est ostensum?  
Constat igitur, hæc Christi uerba mō adducta de  
ueri panis qualitate & efficacia: Oecolampadianæ  
eucharistia omnino repugnare, neq; quoquo mō  
conuenire posse: sicut ecclesiastica ipsa conueni-  
unt eucharistia, & de ea uerissime prædicantur.  
¶ Rursum & alterā assignans differentiam in eo-  
dem loco dominus n̄s, inter manna datum patrib.  
in deserto, & panem illum uerè quem daturus erat  
mundo: ut cognoscant omnes, q̄ta sublimitate et  
perfectione hic illud excedat, subiungit: Ego sum  
panis uitæ. Patres uestri manducauerunt manna  
in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de cœlo  
descendens: ut si qs ex ipso manducauerit, nō mo-  
riatur. Ecce seipsum appellat hic Christus panem  
uitæ, & panem uiuum qui de cœlo descendit. q̄ di-  
gne manducantem se, uita donet æterna, & a mor-  
te perpetua præseruet: quod, manna Iudeor̄ exhi-  
bere non potuit. Nā q̄ illud manducauerunt in de-  
serto: mortui sunt non tñ morte corporali, quæ e-  
cōmunis: sed & morte spirituali & perpetua, quia  
mortui sunt in peccatis suis, a qua suos manduca-  
tores præseruat ipse panis uiuus, qui in sancto eu-  
charistiæ mysterio nobis est diuina bonitate cō-  
municatus: uerè. s. Christi corpus, secundum sub-  
stantiam ibidem sublīstens. At uero Oecolampa-  
dius nunc proferat, quō panis ille materialis & ci-  
barius, quem pro signo corporis sui Christum no-  
bis reliq̄sse cōminiscitur: est panis uitæ & panis ui-  
uus de cœlo descendens, & uitam æternam man-  
ducantibus cōterens. q̄ certe nō meliore esset cōdi-  
tione, imo deteriorē sortiretur locū, q̄ manna uetu-  
sum, & sub Moysē patribus indultū. ¶ Ad hæc,

Ioan.6

## EVCHARISTIAF. I. 31.

Paulo post in eodem loco: subnectit dñs nr̄. Et pa-  
nis quem ego dabo: caro mea est pro mundi uita.  
Ecce pollicitationem summæ ueritatis (q̄ nec falli  
nec fallere nouit) clare & sine ulla uerbor̄ amba-  
ge explicantem: quisnam est ille panis quem datu-  
rus erat. Et suæ promissioni tunc factæ, plene sa-  
tisfecit, cū in ultima cœna accipiens panē, benedi-  
xit & frēgit, deditq; discipulis suis, dicēs: Accipite  
& manducate ex hoc omnes. Hoc est corpus me-  
um: quod pro uobis tradetur. Panis igitur ille quē  
tunc dedit suis discipulis: caro eius erat pro mundi  
uita. Quō igitur non uerentur nec erubescunt ini-  
mici ueritatis contradicere ybis adeo aptis & pla-  
nis: & oblatrare, q̄ panis quem tunc dedit Chri-  
stus apostolis, non fuerit eius caro pro mundi ui-  
ta: sed solum figura & signum carnis eius, in pane  
materiali sacrato nobis relictum. Iam uelim quē-  
libet Christianæ fidei charactere insignitum con-  
uenire, q̄tumlibet sit idiota & expers literar̄: atq;  
adeo sciscitari, utri potius credendum censeat: an  
Christo, attestanti q̄ panis quem daturus erat &  
postea dedit, caro eius sit pro mundi nita. an Oeco-  
lampadio, reclamanti his Ch̄ri uerbis, & proposi-  
nenti: q̄ panis quē datur se promisit dominus, &  
postea dedit in uitæ suæ termino, non sit eius caro  
& corpus: sed tantummo figura corporis eius, &  
nuda repræsentatio. Nemine profecto arbitror fu-  
tur: qui nō Christo potius q̄ Oecolampadic, sup  
hac materia fidem habendā putet. ¶ Adde q̄ p̄æ  
dictis uerbis subiicit dominus nr̄ & hanc intermi-  
nationem. Nisi manducaueritis carnem filij hoīs,  
& biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam  
in uobis. Qui manducat meam carnē & bibit me-  
um sanguinem, habet uitam æternam; Hmōi aut̄

Io. 6

Matt. 26.

Io. 6

## DE SACRAMENTO

manducatio, & sumptio salutiferi potus, fit in sanctissimo eucharistiae sacramento: in quo uerè Christi corpus & sanguis eius uerus, secundum substantiam sumitur. Refragatur autem his uerbis Oecolampadius, & astruit nos in eucharistia carnem filii hominis re ipsa non manducare, & sanguinem eius non bibere: sed duntaxat panem materiale atque frumentarium, & uinum etiam naturale illuc sumere, in signum ac representationem corporis & sanguinis Christi: & tamen existimat idcirco nos non carituros uita æterna. Nonne igitur omnino ipse interimit & destruit illam domini cōminationem? Imo & uitæ æternæ hac manducationis uia nobis coparanda, præcludit iter: cum affeuerat nos carnem & sanguinem Christi reuera sumere non posse: Quod si difiniat manducare carnem filii hominis, & bibere eius sanguinem, aliud nihil esse: quod manducare panem triticeum, & bibere uinum materiale sacratum, ut signum & figuram corporis & sanguinis dominici: quod ita manducantes habent uitam æternam, potius quam iū qui manducauerunt manna in deserto quod etiam fuit symbolum & figura corporis dominici? Et tamen inter manducantes hunc panem salutarem de quo fit hic sermo, & ipsum manna: magnū hic ponitur interstium, & habitudinis discri-  
men. Demum subiectum supra dictis & ipse dominus noster, in eodem B. Ioannis capite: haec æternæ uitæ uerba, uirtutis eximiae panis cœlestis declaratoria. Caro mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem: in me manet, & ego in eo. Et quod manducat me: ipse uiuet propter me. Vbi particula illa, uere, bis expressa: magnam habere emphasis putari debet, & non ociose adiecta, ad designan-

Ioan. 6

## EVCHARISTIAF. I. 32.

dum s. sacratissimam domini carnem in sancto eu-  
charistiae sacramento nequaquam contineretur in signo  
tum & figura quadam: sed ueraciter, & ut ita loquar,  
realiter. & in eodem mysterio: sub specie panis, i-  
psam uere & secundum substantiam sumi. Eadem  
quoque ratione, sanguis eius uere est potus: quoniam  
sub uini specie non figuraliter & significative tamen  
continetur, sed essentialiter & substantialiter, ut ea  
sola particula, uere: tota profecto elidat Oecolam  
padi assertionem. Est & caro domini nostri uere  
cibus, & sanguis eius uere potus: quoniam uerissimam  
habent ipsa & excellentissimam cibi ac potus cō-  
ditionem, & in altissimo huiuscēdenominationis  
nobilissimocē gradu constituantur, q̄ eam ipsam  
quam educant naturam, scilicet, animam rationa-  
lem, non modo enutriunt & uiuificant: sed & si-  
bi (quantum fieri id potest) propemodum eam  
assimilant, immortalemque ipsam reddunt atque  
diuina gratia incorruptibilem: quinimo & uitae æ-  
ternæ illi conferunt, sui communicatione, consor-  
tium. Quomodo autem hæc omnia compleantur  
quæ proposita sunt, & quanam rationem quod Christus  
uere manducare dicatur, si ueraciter non sit  
ipse & substantialiter in eucharistia: difficile sane  
erit ipsi Oecolampadio confingere. Et longe diffi-  
cilius illi fuerit rectam prædictorum domini uer-  
borum assignare intelligentiam: si in illis uoluerit  
uerbum est pro significat sumi, aut carnem pro fi-  
gura carnis & sanguinem pro figura sanguinis ac-  
cipi. quemadmodum contendit in illis domini uer-  
bis. Hoc est corpus meum, eadem uerba intellige-  
re debere. Consimilis. n. in utrisque locis: militat ra-  
tio. Et quod in uno, nisi inepte & ridicule, fieri no-  
pot: pariter nec in altero. Denique possent hæc oīa

## DE SACRAMENTO

euangelij uerba, p totū hoc caput adducta: diuersis sanctor̄ patr̄ hanc euangelicam lectionē exponentiū sententijs cōprobari. sed ad fugiendā proximatē nimiam: cōsulto hic prætermittuntur.

¶ Q, ex uerbis beati Pauli in suis epistolis: etiam colligitur uerum Christi corpus esse in sacra eucharistia. Cap. X

**P**ost euangelica aut̄ uerba, nunc oportū nū est nos ad sacras deiferi Pauli epistles transferre sermonē: ad cōfirmandā amplius nostri instituti ueritatem. mō id unum in calce Euangelij scđm Matthaeum, positum protulerimus uerbum: præsenti negocio nō incōgruum: quo dominus noster a suis discipulis per gloriosam ascensionem discessus, dixit illis: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus: usq; ad cōsummationem sæculi. Quod sane uerbum, nōnulli interpres sacri (ut Nicolaus Lyranus, & plæriq; alii, quemadmodū secundus huins operis ostendet liber) afferunt accipiendum esse nō modo de occulta ipsius præsentia per divinitatis uirtutem & directionis in fide & moribus efficaciam: sed & p ueram i sancto eucharistia sacramento sui corporis præsentiam, quā ad finem usq; seculi est exhibitus suæ ecclesiæ. Atq; hoc secundo mō nobiscum non fuisset nec esset Christus: si in eo mysterio tñmodo foret ut in signo, iuxta Oecolampadij placitum, & secundum assumpptum pro nobis corpus solum in cœlo consisteret ad dexteram patris. Q; si admittatur ipse Chrū secundum spūm & gratuitam directionem nobis semper adesse primo mō nunc assignato, ut etiam

Matth. 28

Nic. Lyr.

EV CHARISTIAE. I. 33

non diffitentur aduersarij: nunquid ecclesiam, suę sponsam ita destituisse credendus est ipse suo prae fidio, directriceq; sua uirtute: ut permiserit eam a principio legis euangelicæ ad hæc usque tpa cæ cutire in tenebris, & caliginoso errore obduci circa hanc eucharistiæ materiam: per tot annos cur ricula? & paucis ante annis ipsam rei ueritatē manifestauerit Oecolāpadio, & eius affectatoribus? utpote q; non est in Eucharistia uerū Christi corpus: sed tm̄ eius figura. Certe non debet sibi quisquam persuadere, ipsum ecclesiæ sponsum ita dilectam suam sponsam contra suam pollicitationem deseruisse: ut hactenus eam fuerit passus tam crasso teneri & pernicioso errore, & nunc primū eam ignorantiae nubē reserata ueritate depulerit  
¶ Sed nūc (ut proposuimus) ex apostoli vobis ean dem fulciamus ueritatē: & primum eam in medium afferamus propositionem, quā in decimo primæ suæ ad Corinth. epistolæ capite scribit, dicēs:  
Calix benedictiōis cui benedicimus: nonne cōicatio sanguinis Christi est? Et panis quē frangimus nonne participatio corporis domini est? Vbi calicem benedictionis uocat cōicationem calicis consecrati: & continentis uinum sacerdotali consecratione benedictum. Hunc autem dicit esse cōicationem sanguinis Christi: qm̄ illum percipientes, uite sanguinis domini suscipiunt communionē: non commemorationem tm̄ aut repræsentationem, ut dicunt aduersarij. Eodem quoq; in loco, panē uocat apostolus, sacro sanctam eucharistiam & hostiam, sacerdotali benedictione consecratā: & species panis qui præextiterat, adhuc retinentem: ob quas: eodem quoq; nomine, utpote panis, appellatur. Et hunc frangi dicit, attēndendo dissectionem

E

1. Cor. 10.

## DE SACRAMENTO

atq; ptitionē: q; in exteriorib. fit ipsius hostiæ spe-  
ciebus: atq; in superstite illius quantitate. Nam sa-  
crum corpus dñi illis uelatum, omnino expers est  
illius fractionis: sicut nec afficitur illis accidentib.  
residuis. Hunc itaq; panem diuinus apostolus af-  
firmat esse participationem corporis domini: quo-  
niām ipsum manducātes, uere participant & re i-  
psa corpus Christi, secundū substantiam illic præ-  
sens. Non igitur in eucharistia, corpus dñi est tan-  
tū ut in figura aut signo: & per modum cuiusdam  
soliū representationis. Quoniam si ita se res habe-  
ret: sumptio calicis sacri non esset cōmunicatio san-  
guinis Christi, & manducatio panis sancti non es-  
set participatio corporis eius: ut hic perhibet Pau-  
lus, sed tantum foret cōmemoratio corporis & san-  
guinis eiusdem, quod Paulinæ omnino aduersa-  
tur sententia. ¶ Præterea in undecimo eiusdem e-  
pistolæ primæ ad Corint. capite, post enarratam di-  
uini Eucharistiae mysterij primam institutionem,  
subiungit apostolus. Quotienscunq; manducabitis  
panem hunc, & calicem bibetis: mortem domini  
annunciabitis donec ueniat. In quo loco & sequen-  
tibus eiusdem capitilis locis: noīe panis intelligit i-  
dem, faci; de domini corpus, speciebus panis obuela-  
tum, & uere sub illis contentum. & nomine cali-  
cis: preciosum Christi sanguinem, in calice sub ui-  
ni speciebus delitescentem. Quod uel eo plane con-  
uicitur argumento: quoniā in cōsequentibus eius-  
dem loci uerbis, ubi in priore sūnā panem & cali-  
cem domini nominauit Apostolus: in posteriore  
quasi seipsum explicans, corpus & sanguinem do-  
mini nominatim exprimit, ut litera apostolica di-  
lucide prodit. Itaq; in citatis postremo uerbis desi-  
gnat Paulus, q; quotienscunque corpus & sanguis

I. Cor. 11



## EVCHARISTIAE. I. 34

dñi sumitur a fidelibus: memoria passionis eius & mortis recolitur, & repræsentabitur ad finem usq; seculi: denec ueniat ipse ad iudicium uniuersale & extremū. Neg̃ id qđem ab re. Nam ad illam com memorationem faciendam: institutum est primo illud admirabile mysteriū a Christo, qui suis dixit apostolis, cum hoc institueret. Hoc facite in meam cōmemorationem. At si ī eucharistia solum est cor pus domini tanq; in figura & signo: quid opus est ad cōmemorationem mortis dominicæ, manduca tione panis illius & sumptione uini? Nonne si illa duo signa reseruarentur incōsumpta & illesa: æque domini passionem referrent? Nonne & alio modo æque efficaci, ut pictura, aut statua imaginum effigiatione repræsentaretur mors dominica: atq; panis & uini obiecto nostris oculis cōtuitu? imo vero cōmodius & facilius. Qm̃ igitur hic s̃epius à Paulo & apud Ioannem capi. 6. sui Euangeliū, a Christo cōmendatur māducatio & bibitio huius mysterij: certe nō sola cōmemoratio (ut astruunt aduersarij) sed & aliud quiddam sublimius. s. com municatio corporis & sanguinis domini, p̃ esum illum & potum prædicatur ac celebratur. ¶ Insuper grauem interminationem intonat eodem in loco sua epistolæ sacer apostolus ijs, qui indigne tā ta contrētauerint mysteria: his uerbis. Quicunq; manduauerit panem, & biberit calicem domini indigne: reus erit corporis & sanguinis domini. Et idcirco solicite admonet, quenq; ante susceptionē tanti sacramenti seipsum exacte discutere debere: cum subdit. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui autem fiat, ut tam grauem quis reatum incurrat, quo corporis & sanguinis domini reus dicatur: si in pane

Luc. 22

¶

1. Cor. II

B 2

## DE SACRAMENTO

& uino, sacerdotali ministerio consecrato, corpus & sanguis dñi tantum contineatur ut in figura, & nō affit illic reuera corpus dñicum? Cur etiam obsumptionē panis & uini materialis, sacrati in memoriam dñicæ passionis, tanta opus fuerit indagine conscientiæ & sui ipsius præparatione: q̄ tam dicit apostolus regri ad dignam illius panis & calicis sumptionem? Hæc igitur apostolica uerba cōuincunt: in pane illo cōsecrato & calice, uere Ch̄ri corpus & sanguinem contineri. Quod adhuc agitur ex consequentibus eiusdem uerbis colligitur: q̄ ita subiicit. Qui manducat & bibit indigne; iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus dñi. Et ut exempli euidentia suū confirmet dictū: scribit ibidem multos Corinthior̄ propter indignam sanctæ Eucharistæ sumptionem grauiter fuisse afflictos aut morte præmatura, aut aduersa ualitudine, aut corporis imbecillitate. Ideo, inquit, inter uos multi infirmi & imbecilles: & dormiunt multi. Cæteri quis recte & probe dixerit, propter panis & uini materialis ad dñicæ passionis memoria sacramenti sumptionem immoderatam, aut sine præparatione animi factam: aliquem sibi damnationem acquirere, q̄ a cōmunibus cibis illā dominici corporis figuram non discernat: qui certe nihil aut parū haberet discriminis: a cæteris cibis corporalibus. Et de quo uere dixeris, q̄ non dijudicat corpus dñi: nisi de illo qui uere illud sumit q̄ dem, sed a cōmunibus cibis ipsum non discernit. cum id accipit impræparatus, & mente inquinata: Certe & agnus paschalialis erat figura dñicæ passionis: de quo tamen dictum est. Caput cum pedibus & intestinis uorabitis: & comedetis festinanter. Nec aliqua in illo māducando, aut manna su-

Ibidem.

1. Cor. 11

Exod. 12



## EVCHARISTIAE I. 35.

mendo (quod etiam typus erat magni mysterij) præcipitur moderatio: aut poena indigne sumentibus legitur inflictia. Quocirca grauis poena, indigne suscipientibus eucharistiā denunciata, & exemplo Corinthiorū cōprobata: arguit rei ipsius, in eucharistia uere contentā, dignitatē & eminentiā. ¶ Demum ad Hebræos scribens idem apostolus, ait de Christo, q̄ ingrediēs mundū dicit ad patrē: Hostiam & oblationē noluisti; corpus aut̄ aptasti mihi. Holocaustomata & pro p̄ctō; non placuerūt tibi. Tunc dixi: ecce uenio. In capite libri scriptū est de me, ut facerem uoluntatē tuam deus. Superiorū dicens, quia hostias & oblationes & holocaustomata pro p̄ctō noluisti: nec placita sunt tibi q̄ secundum legem offeruntur, tunc dixi: ecce uenio ut faciam deus uoluntatem tuam: aufert primū, ut sequens statuat: hæc ibi. In quibus uerbis plane astruit apostolus, sacrificia omnia legis ueteris (q̄ tanq̄ figuræ præcesserant) exhibita ueritate, ablatā fuisse & abrogata prorsus, tpe passionis dominice. Et pro illis unum successisse sacrificiū nouae legis, deo acceptissimum: oblationem. s. Christi in cruce, pro totius mundi sanctificatiōe. Cuius qdē oblationis quotidiana cōmemoratio frequētatur in ecclesia, per sacrosanctæ eucharistiæ in officio missæ immolationem. Quinimo idem sacrificiū in cruce oblatum (q̄uis diuerso quodam mō) quotidie in missæ mysterio offertur deo patri in odorem suavitatis. Quod & Origenes confirmat homilia tertia super Leuiticum, dicens. Omnis qui dem pene hostia q̄ offertur in lege: habet aliqd formæ & imaginis Christi. In ipsum namq;: omnis hostia recapitulatur: in tantum, ut postquam ipse oblatus est; omnes hostiæ cessauerint, quæ cum in

B 3

S  
Heb. 10

Psal. 39.

Origenes.

## DE SACRAMENTO

typo & figura præcesserunt. Hæc ille. Atqui si in  
ipsa eucharistia dūtaxat est corpus dñi cum tanq  
in figura & signo, ut secundum substantiam nihil  
aliud ibi sit q̄ panis materialis & uinum naturale  
quemadmodum dicūt aduersari: q̄ in ipsius mis  
se celebrationē offertur a sacerdote sacra echari  
stia, necesse est fateantur ipsi nihil aliud ibidem of  
ferri secundum rem ipsam: nisi panem secundum  
substantiam & uium, quēadmodum ab ipso Mel  
chisedech fuit oblatum, & sicut in sacrificijs uete  
ris legis offerebantur panes propositionis, & ui  
num libaminum. Nihil ergo differt quotidiana ob  
latio ecclesiæ in missa: ab hostijs ueteris legis, &  
ita nō sunt hostiæ uetus ritus abolitæ in lege eu  
angelica: sed semper hactenus cōtinuatæ, & ad cō  
summationem usq; saeculi continuandæ atque fre  
quentandæ, contra sancti apostoli sententiam mō  
adductam. Ecce quomodo Oecolampadius cum  
suis complicibus abnegat nouæ legis gratiam &  
unicum sacrificium: nosq; detrudit ad ueteris insti  
tuti uictimas, illasq; reducit & refuscat cum ea  
rum cærimonijis, neq; sinit fideles abiecta figuræ  
opacitate, in luce ueritatis ambulare.

Gene. 14.  
Leuit. 24  
Num. 15

¶ Sanctionum canonicas & scriptoræ eccl  
esiasticas autoritate etiam demōstrari: q; in  
eucharistia uerum Christi corpus re ipsa cō  
tinetur-

Ca. XI.

**P**Ost uaria sacraræ literaræ, ex utraq; pa  
gina ueteri & noua, desumpta testimoni  
a: oportunū nunc est nos ad canonica  
rum sanctionū & probatissimoræ diui  
nae script. interpretū autoritates progre

di, quibus eadem approbetur assertio, in sancta uia  
delicet eucharistia uere Ch̄ri corpus & sanguine  
cōtineri: necq; illic t̄m esse ut in signo. Illarū autē sen-  
tentiarū q̄ plurimā, coadunatae sunt a Gratiano,  
cōpaginatore decretorū pontificalium, de cōsecra-  
tione distinct. 2. Vt si ab illius distinctionis initio  
progressu continuo ad finē usq;, singula capita e-  
uolueris: rara admodum inuenies, q̄ alicuius sacri  
autoris testimonio, decretoue p̄tificio, aut uni-  
uersalis cōciliij autoritate, non suffulciant prædi-  
ctam ueritatem, ac solide non astruant. ¶ In primis  
itaq; Alexander papa. huius noīs primus: in præ-  
dicta distinctione, ca. nihil. inquit: Nihil in sacrifici-  
ch̄s maius esse p̄t, q̄ corpus & sanguis Ch̄ri, nec  
ulla oblatio hac potior est, sed oēs hæc præcellit.  
Quæ pura conscientia deo offerenda est: & pura men-  
te sumenda, atq; ab hominib; ueneranda. Et si-  
cūt potior est cæteris: ita potius excoli & uenera-  
ri debet. Hæc ibi. In quibus uerbis aperte cōtesta-  
tur ipse sanctus pater, in sacrosancto missæ myste-  
rio cum secundum eccl̄iæ ritū offertur eucha-  
ristia: corpus & sanguine Christi offerri sub panis  
& uini speciebus. & non nudā panis & uini sub-  
stantiam materialem: quæ sit figura tantum & re  
præsentatio sacrorū mysteriorū. Qui autem id fiat  
nisi post peractam cōsecrationem, corpus & san-  
guis domini, uere in eucharistia continetur.

Gratian.

Alexan. I.

2

Eusebius.  
Emilenus  
Ioan. 6

E 4

## DE SACRAMENTO

neris, ipse etiam testis est ueritatis. Nam inuisibili sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, uerbo, secreta p̄tate conuerit, ita dices: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita: accipite & bibite, ait: hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutū præcientis domini: repente & ex nihilo substite runt excelsa cœlorū, profunda fluctuū, ualsta terra rum: ita pari potestate in spiritualib. sacramentis, ubi præcipit uirtus: seruit effectus. Et paucis interiectis ibidē: subiungit circa finē. Et cum reuerendum altare, cibis spiritualibus satiandus ascendi: sacra dei tui corpus et sanguinem fide respice, honora, mirare, mente cōtinge, cordis manu suscipe: & maxie totum haustum interioris oīs assume. ¶ Rursum Leo pa. in synodo Ro. idem affirmat (ut in eadem distin. cap. in quibus cōstat) hoc uerborū cōtextu, In illa mystica distributiōe spiritualis alimōia, hoc imptitur, hoc sumitur: ut accipientis uirtutem cœlestis cibi, in carnē ipsius q̄ caro n̄a factus est, transeamus. Idem est cibus refectionis, & cibus sanguinis. Sicut n̄. caro Dñi, uere est cibus: ita sanguis, uere est potus. Idem est corpus: unde dictum est. Caro mea, uere est cibus & sanguis meus uere est potus. Circa hoc corpus aglæ sunt: q̄ alis circumuolant spiritualibus. Vnde & idem Christi corpus edimus: ut uitæ æternæ possimus esse participes. ¶ In eadem præterea distinct. cap. iteratur, afferuntur hæc uerba Pascha si: ex eius libro de corpore & sangu. Christi. Quia quotidie labimur: quotidie Christus mystice pro nobis imolatur, & passio Christi in mysterio traditur, ut q̄ semel moriendo, mortem uicerat: quod eidic recidua delictorū, per hæc sacramenta corpe

Matt. 26.

Gene. 1.

Leo papa

Ioan. 6

Paschalis 9

## EVCHARISTIAE.

I. 17

sis & sanguis, peccata relaxet. Vnde oramus. Di-  
mitte nobis debita nostra. Quia si dixerimus, ga-  
paccatū nō habemus: nos ipsos seducimus, & ue-  
ritas in nobis nō est. Hæc ille. Vbi mystice dicit  
Christū quotidie pro nobis immolari: non qā tñ  
in figura & signo repræsentetur immolatus sed  
qñ ipse idem, q̄ in uisibili conspicuac̄; sui corporis  
forma semel in cruce oblatus est: etiā quotidie  
in sacro immoletur altari, sed sub panis & uini  
forma, uere suū corpus & sanguinē cōtinente. Et  
iuxta eundē sensum, in eodēmissæ officio, passio  
Christi in mysterio traditur: qñ sub aliena specie  
sensibili, panis scilicet & uini, ipsa ibidē repræsen-  
tatur, & fidelium oculis objicitur. Cū em̄ prius pa-  
nis, & deinde uiuū separatim cōsecratur: precio-  
sus Christi sanguis uini speciebus obiectus, a sa-  
cro eius corpore sub forma panis subsistente, in  
cruce effusus fuisse & disseparatus insinuatur. Et  
ergo istud ineffabile nobis sacramentū dicitur in  
uerbis sacri calicis cōsecratorijs, mysteriū fidei  
ut dicit Innocentius tertius in epistolis decretali-  
bus titulo de celebratione missar̄, cap. cū Mar-  
thæ) qñ aliud ibi creditur q̄ cernatur: & aliud  
cernitur q̄ credatur. Cernitur species panis & ui-  
ni: & creditur ueritas carnis & sanguinis. Quæ q̄  
dē Innocentij uerba: ualide etiā cōfirmant propo-  
sitā fidei catholicæ de eucharistia ueritatē. ¶ Insu-  
p. In eodē uoluminis decretoꝝ loco: utpote de con-  
secra. distinctio. secund, cap. corpus Christi. ad-  
ducuntur uerba Hilarij papæ: in eandem tenden-  
tia sententiam, hoc mō. Corpus Christi q̄ sumi-  
tur de altari: figura est. cū panis & uinum uidetur  
extra. ueritas autem: dum corpus & sanguis Chri-  
sti in ueritate creditur. interius. Vbi noī corporis

E 5

Matth. 6.  
1.Ioan. 8

Innocentius tertius.

Hilarius,  
papa.

## DE SACRAMENTO

Christi q̄ sumitur de altari: itēlligit p̄dictus au-  
thor sacramentū corporis Christi, q̄ percipitur ex  
ipsa altaris cōmunione, in quo nimirū: & figura  
est, & ueritas. Figura quidem attendendo exterio-  
res panis & uini species, quae repræsentāt sacram  
Christi corpus & sanguinem, sub illis uero cōten-  
tum. Veritas uero: cōsiderando ipsam corporis &  
sanguinis dominici substantiam, sub uisibilibus il-  
lis speciebus ueraciter p̄sente. ¶ Rursus. In ea  
dem dist. ca. necessario ex Ephesina iynodo depro-  
mitur decretum: eandem etiam cōsolidans uerita-  
tem. quod desumptum traditur ex epistola Cyril-  
li Alexandrinī: nomine illius concilij Ephesini, ad  
Nestoriū (qui in eo fuit deniq̄ damnatus) conscri-  
pta. Est aut̄ illius decreti: cōtextus huiusmodi. Ne-  
cessario igitur & hoc adiūcimus. Incruentam cele-  
bramus in ecclesijs sacrificij seruitutē: & sanctifi-  
camur participes corporis & preciosi sanguinis  
Christi. Nō ut communē carnē percipientes: nec ui-  
ri sanctificati & uerbo cōiuncti secundū dignira-  
tis unitatem. sed uere uiuificantē: & ipsius uerbi  
propriam factam. Hæc ibi. Quæ sane uerba, & ca-  
tholicam q̄ astruimus corroborant assertionē: &  
impiū Nestoriū dogma prorsus euertūt. Docuit  
enim Nestorius & sensit Christum, solum homi-  
nem fuisse, non etiam deum. & solam in eo fuisse  
naturali humanam: non unitam diuinitati. Verū  
propter exuberantiam ḡræ & sanctitatis: ipsum  
ad hauc fuisse dignitatē a deo erectum: ut par-  
ticipatione quadam (non natura: nec naturali ori-  
gine) deus & dei filius in scriptura dicatur. Quā  
execrabilē impietatē acriter elidūt p̄dicta syno-  
di uerba: quæ asseuerāt nos in sancto eucharistiæ  
sacramento p̄cipere uerū Christi corpus, nō ut cō-

Cyrillus.  
Alexādri-  
nus.

Decretū  
concilij

Nestoriū  
impiū do-  
gma.

## EVCHARISTIAE.

I.

38

munē & solius hominis carnē: ut est aliorū homi  
nū caro. neq; ut carnē uiri diuina grā sanctificati  
ut fuerūt sancti prophetæ & apostoli. neq; ut car  
nē hominis, p unionē gratiæ & amoris: uerbo, dei  
q; filio cōiuncti. quemadmodū uiri sancti: unum  
cū deo fieri, in scriptura dicuntur. Sed p̄cipimus  
in eucharistia (inquit prædictū decretū) carnem  
uere uiuificantē: propter unitātē cū ea deitatē, quæ  
est fōs uitæ. Vnde & seipsum recte appellavit do  
minus panem uitæ: & panē uiuū q; de coelo descen  
dit, & dat uitā mūdo. Eandē quoq; sumimus car  
nē: ut ipsius uerbi propriā factā, qm̄ in ipso san  
ctæ incarnationis articulo: a uerbo, deiq; filio est  
assumpta, eidemq; hypostatice & in unā eandem  
que personā unita, a quo accipit ipsa: illā uim ui  
uificā. Nullius em̄ puri hominis caro: efficaciā il  
lam animarum uiuificantricem, secundum legem  
a deo ordinatam, obtinere potest. Ex his itaq; sa  
cro sanctæ synodi uerbis supra citatis, perspicue  
liquet: fideles in diuina eucharistia ueram Christi  
carnem sumere, non nudam qdem sed uerbo con  
iunctam. ut nō hominis tñ: sed dei & hominis sit  
caro. Et p eadē uerba: non minus Oecolampadij  
q; Nestorij detestabilem impietatem penitus de  
strui: etiam liqdo cōstat. ¶ Deniq; in eodem uolu  
minis decretorū loco: utputa de consecra. distinc.  
secunda, cap. in Christo. adducuntur uerba beati  
Hilarij ex octauo libro de trinitate: eandem confir  
mantia fidei ueritatem, hoc modo. Si uere carnem  
corporis nostri Christus assumpit: & uere homo  
ille Christus est, nosque uere sub mysterio car  
nem corporis sui sumimus. & per hoc, unū eri  
mus: q; a pater in illo est, & ille in nobis. Et paulo

Ioan. 17.

Ioan. 6.

Hilarius:  
Pictauen  
sis episco  
pus.

Ioan. 17.

Ioan. 6.

## DE SACRAMENTO

re est esca: & sanguis meus uere est potus. Qui e-  
dit carnem meam & babit sanguinem meum: in  
me manet & ego in eo. de ueritate carnis & san-  
guinis: non relictus est ambigendi locus: Nunc em  
& ipsius dñi professione & fide nostra: uere caro  
est, & uere sanguis est. Et hæc accepta atq; ha-  
sta efficiunt: ut & nos in Christo & Christus in  
nobis sit. Ergo est ipse in nobis: per carnē Deniq;  
in fine eiusdē capitū habentur eadē prorsus uerba  
quæ paulo ante in praesenti capite, ex cap. corpus  
Christi. de consecra. distinctione secunda: Hilario  
papæ sunt attributa. Vnde dilucide constat: illa,  
beati Hilarij Pictauensis episcopi: & non alterius  
cuiuspiā Hilarij (quod tamen ipse titulus prædi-  
cti capitū: subinsinuare uidebatur) esse uerba.

¶ Quatuor insuper præcipuorum ecclesiæ  
doctorum authoritate: confirmari ueritatē  
corporis & sanguinis domini, in sacrosan-  
cta eucharistia.

Cap. XII

**E**X eadem quoque distinctione secunda,  
tituli de consecratione: colligi haud ma-  
gno negotio possūt testimonia, quatuor  
qbus in sanctarum scripturarum inter-  
pretatione solide nititur atq; fulcitur. quatuor  
scilicet primorum ecclesiasticorum doctorum:  
quoq; in eliç i dandis sacræ fidei mysterijs maxi-  
ma semp fuit, esseq; debet apud oēs authoritas.  
Hieronymi inquam: Augustini, Ambroſij &  
Gregorij: q; in suis scriptis unanimi sententia & u  
no (ut ita dixerim) ore: astrinxunt sacrū Christi cor  
pus & sanguinē, uere & secundum rē ipsā in euha

rificia contineri. ¶ Siquidem prædictæ distinctio-  
nis cap, singuli adducuntur hæc Hieronymi uer-  
ba: ex sermone dominicæ quinte post epiphani-  
am domini. Singuli autem totum accipiunt Chri-  
stum dominum: & in singulis portionibus totus  
est, nec p singulos minuitur, sed integrū se in sin-  
gulis præbet. Et in eiusdē distinctio cap. nec Moy-  
ses. afferuntur hæc sacri eiusdē authoris uerba ad  
Edibīā. Nec Moyses dedit uobis panē uerū: sed  
dñs Iesus. Ipse conuiua & conuiuum: ipse come-  
dens & qui comeditur. Deniq; cap. accipite (quod  
proxime sequitur) citatur & Hieronimus super  
Matthæū: exponēs hæc dñi uerba. Accipite & co-  
medite: hoc est corpus meū: in hūc modum. Post  
q typicū pascha fuit cōpletū. & reliqua. ut supra  
fuere adducta: necq hic sunt integre repetēda. Cæ-  
terq quomodo singuli in eucharistia totū sumunt  
Christū dominū: & se integrū in singulis præbet.  
quō itidem ipse dominus noster in eodē uenerabi-  
li mysterio conuiuum est, & qui comeditur quō  
denique in ueritate sui corporis & sanguinis re-  
præsentauit Christus, q Melchisedech in pane &  
uino præfigurauerat (quē admodum Hieronymi  
uerba, hic tertio annotata loco, & supius integre  
citata testatur) si corpus eius & sanguis nō uere cō-  
tinetur in eucharistia: sed tantū ibi est sicut in si-  
gno. repræsentatio, iuxta Oecolāpadij placitū? In  
eandē omnino conspirat sententiā & beatus Au-  
gustinus: in multis suorū scriptorū locis. Nempe  
in libro sententiā Prospcri (ut in supra dicta di-  
stinctione cap. nos ait. recitat Gratianus) ita ait.  
Nos autē specie panis & uini quam uidemus: res  
inuisibilis, id est carnē & sanguinē honoramus.  
Nec similiter cōprehēdimus has duas species; quē

Hierony-  
mus

Idem.

Idem.

Capite. 7

Gene. 4.

Augusti-  
nus.

## DE SACRAMENTO

admodū ante consecrationē cōprehendebamus.  
cū fideliter fateamur, ante consecrationem : panē  
esse & uinum. quod natura formauit. post conse-  
cratiōem uero: carnē Christi & sanguinem, quod  
benedictio cōsecravit. In eodem etiam libro dicit  
idem, consimile assertum: quod in eadem dist. ti-  
tuli de consecratione, cap. hoc est. sic adducitur.  
Hoc est quod dicimus: quod modis omnibus ap-  
probare contendimus. sacrificiū ecclesiæ duobus  
modis confici, duobus constare: uisibili elemento  
rum specie, & inuisibili domini nostri Iesu Christi  
carne & sanguine. & sacramento: & re sacra-  
menti, id est corpore Christi. Et paulo post: eodem in  
loco. Caro eius est: quam forma panis operatam in  
sacramento accipimus, & sanguis eius: quem sub  
uini specie & sapore potamus. Rursum in eadem  
dist. cap. utrum sub. hæc Augustini adducuntur  
uerba. Vtrū sub figura, an sub ueritate, hoc my-  
sticū calicis sacramētū fiat: ueritas ait. Caro mea  
uerere est cibus: & sanguis meus uere est potus. Ali  
oquin: quō magnū erit. Panis quem ego dabo: ca-  
ro mea est pro mundi uita. nisi uera sit caro? Sed  
quia Christum fas uorari dentibus non est: uolu-  
it dominus hunc panem & uinū in mysterio uere  
carnem suam & sanguinem suū consecratōe spūs  
sancti potenter creari, & quotidie pro mundi uita  
mystice immolari. Ut sicut de uirgine per spiritū  
sanctum uera caro sine coitu creatur: ita per eun-  
dem ex substantia panis & uini, mystice idē cor-  
pus Christi consecretur. Et reliqua: ibidem seqn  
tia. Arrigant(uelim) hic aures aduersarij: & ani-  
maduertant totam suam positionem de eucharis-  
tia, ab August. his uerbis elisam atq; subuersam  
cum ait, nō sub figura, sed sub ueritate hoc mysti-

Idem.

Idem:

Ioan. 6

## EVCHARISTIAE.

I.

40

cum eucharistiæ sacramentū fieri, & ueram ibi  
esse Christi carnē, uerūq; sanguinem. ¶ Sed & bēa  
tum patrem Ambrosiū tertio audiamus loco: ei-  
usdem ueritatis egregium assertorem, qui in quar-  
to libro de sacramentis, capite quarto: his uerbis,  
in eadē distinctiōe secunda tituli de cōsecratione  
capite , panis est adductis: eam sic astruit . Panis  
est in altari usitatus: ante uerba sacramento & ubi  
accessit cōsecratio : de pane fit caro Christi . Hoc  
igitur astruamus . Quō aut̄ pōt q̄ panis est: eisē  
corpus Christi . Consecratio igitur: quibus uerbis  
est, cuius sermonibusc̄ dñi est Iesu . Et paulo post:  
in eodē cap. Quod erat panis ante consecrationē:  
iam corpus Christi est post consecrationē . Quia  
sermo Christi creaturā mutat: & sic ex pane fit  
corpus Christi . & uīnū cū aqua in calice mixtū:  
fit sanguis, cōsecratione uerbi cœlestis Et infra : in  
fine eiusdē capit. Deinde ipse Christus testifica-  
tur, q̄ corpus suū & sanguinē accipiamus: de cu-  
ius fide & testificatione , dubitare non debemus.  
Idē quoq; sacratus author in libri sui de mysterijs  
initiandis cap:nono; efficacissimis ḡsuasiōibus( q̄  
in eadē dist. referuntur: ca. reuera mirabile ) idē af-  
firmat propositū. Vbi post multa miracula reci-  
tata ex ueteris instrumenti pagina: quibus ostēdit  
possibilitatem conuersionis substantiarum panis  
& uini in uerum corpus & sanguinē Christi , sub-  
iungit. Sed quoad argumētis utimur: suis utamur  
exemplis: incarnationisq; astruamus mysterij ue-  
ritatem. Nunquid naturæ usus præcessit: cum do-  
minus Iesus ex Maria nasceretur? Si ordinem q̄ri-  
mus: uiro mixta fœmina generare consueuerat. Li-  
quet igitur: quod præter naturæ ordinem uirgo  
generauit . & hoc quod conficimus corpus; ex

Ambrosi

Idem.

Idem.

## DE SACRAMENTO

virgine est. Qd̄ hic quærēs nature ordinē in Christi corpore: cū præter naturā sit ipse dominus Iesus partus ex uirgine. Vera utiq; caro Christi: q; sacramentū est. Ipse clamat dñs Iesus. Hoc est corpus meū. Ante benedictionē uerborū cælestium: alia species noīatur post consecrationem: Christi corpus significatur. Ipse dicit sanguinē suū. Ante consecrationē: aliud dicitur, post consecrationem: sanguis nuncupatur. Tu dicis amen. hoc est. uere est. Quod os loquitur, mens eterna fateatur q; sermo sonat: affectus sentiat. Hæc ille. Vbi id obiter annotandū occurrit, quod cū dicit illuc sacer Ambrosius. post consecrationē: Christi corpus significatur. uerbū significatur, tātundē ibi ualere: atq; designatur, uocatur, & appellatur: nō qđem figura li sed uero nomine. Necq; ibi uerbū illud accipi debet: ut designet idem quod repræsentatur, aut figuratur tanquam in signo. Quemadmodum ipsum accipit Oecolampadius: qui uerbum illud Ambrosianum & dictū, mordicus arripit, & in testimonium suā assertionis apprehendit: quasi pro se faciat. cum ex antecedentibus & consequētibus Ambrosij uerbis: dinoscatur illud omnino ex opposito cum eo pugnare. ¶ Idem quoq; imita ex Ambrosio adducta testimonia, ualidissime contra se militantia subterfugiat, & callidius declinet: hunc obtendit umbonem & clypeum obie stat. q; liber ille de sacramentis, non sit Ambrosii sed falso eidē ascriptus, quod phrasim eius (ut ait) nō sapiat. Sermones itidem eiusdem: q; contumeliam Ambrosii prætitulatū, nō eius esse opus cō-

March. 26

Oecolam  
padii fri  
uola ter  
giuersatio

## EVCHARISTIAE I. 41

tendit, sed alterius cuiuspiam incerti autoris: & clementiti cuiusdā Ambrosij. In qua sane calumnia cauillatoria, Viclefum magistrum suum, & ducem huius impietatis de eucharistia, secutus uidetur: q̄ non erubuit sacratissimum patrem Ambrosium, ab ecclesia catholica cum primis approbatum, uocare doctorem apocryphum: q̄ illius contraniretur improbitati & insaniae. Verē nō debent hæc hæreticoꝝ lucifugarꝝ subterfugia & uaframenta quæmpiam mouere. qbus id germanum est & familiare: autores sacros & eorū scripta (q̄tumlibet illa probentur a toto fidelium & eruditione præstantium uiroꝝ choro) q̄ erroneas eorū assertions conuellunt ac destruunt: negare, & illis ascriptitia appellare. Sic plane nostra tempestate eo dementiæ progressi sunt nonnulli: q̄ epistolā canonicam Iacobi apostoli ausi fuerint astruere nō fuisse a b. Iacobo cōpositam, aut apostolico spiritu non esse conscriptam: q̄ una cum fide, necessaria perhibe-  
at esse & opera bona ad salutem, contra eorū placitum. Alij uero secundum Machabœoꝝ librum (quem teste August. in 18 lib. de ciui. dei, cap. 34. Ecclesia inter canonicos habet sacræ scripturæ li-  
bros) oblatrant esse apocryphum: q̄ aduersus eo-  
rum placita, ex ipso apertum proferatur testimoniūm, confirmans orationes uiuentium prodesse  
vita defunctis. ¶ Præterea eundem B. patrem su-  
gillat Oecolampadius, tanq̄ dialecticæ imperitū:  
q̄ in comprobanda sacræ eucharistiæ ueritate per  
ueteris instituti exempla, diuinam attestantia uit-  
tutem, ab eo quod fieri potest ad ita factum esse  
progrediatur. quasi hanc cōtexuerit ratiocinatio-  
nem Ambrosius. Christus potuit immēsa sua uit-  
tute panem & uinum in corpus suum & sanguine.

Videfit,

Iacob. 2

Augusti.

2. Mac. 12

5

F

## DE SACRAMENTO

nem conuertere: erga re ipsa id effecit, & hanc operatus est conuersionem. Quod certe, a ueritate esse deprehendet alienum: quisquis exacte totū illum Ambrosianæ rationis progressum expenderit. In qua nō solum id assumit ipse sacer antistes, q̄ Christus potuerit illam transmutationem facere: sed insuper, q̄ eandem uoluerit & tentauerit efficere. quandoquidem uerba ipsa euangelistarum admirabilem illam eucharistiae institutionem referentium: etiam in ipso prædictæ ratiocinationis cōtextu adducat in robur & testimonium suæ deductionis persuasoriæ. Ex eo autem, q̄ Christus potuerit homī conuersionem panis & uini in suum corpus & sanguinem efficere, & q̄ id ipsum uoluerit atq; tentauerit opari recto cōsequio colligas, q̄ illud idem fecerit. Omnia. n̄ quæcumq; uolunt, dñs fecit, in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Hallucinatus est igitur hac in parte Oeo lampadius: q̄ nō integre assumpsit totum id antecedens, quod in hac ratiocinatione sua præmisserat & assumendum insinuauerat Ambrosius.

¶ Deum B Gregorius, hunc sacrum cōplens quaternarium: in homelia paschali eandē testificatur ueritatem, præclara quidem sententia, q̄ etiam adducitur in eadem distinctione sæpius citata, ca. quid sit hisce uerbis. Quid sit sanguis agni: non iam audiendo, sed bibendo didicistis: qui sanguis super utruncq; postem ponitur: quando non solū ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. Hæc salutaris uictima: illam nobis mortem uigeniti per mystrium reparat. Qui licet resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur: tamen in seipso immortaliter & incorruptibiliter uiuenus, iterum in hoc mysterio moritur. Eius quoq; us

Psal. 134.

Gregor.

Rom. 6



hicq; corpus sumitur, eius caro in salutem populi patitur: eius sanguis non iam per manus infidelium, sed in fideliū ora profunditur. Hinc ergo pensamus, quale sit hoc sacramentum: quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filij semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit: in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem cœlos aperiri: in illo Iesu Christi mysterio: an gelorum choros adesse: summa & ima sociari: unūq; ex inuisibilibus atq; uisibilibus fieri? Vno eodemque tpe ac momento, in cœlo rapitur ministerio angelorum, corpori Christi sociandus: & ante oculos sacerdotis in altari uidetur. Et nōnullis interiectis: subnectit in eodem capite. Quotidie ipse Christus comeditur & bibitur in ueritate: sed integrus, uiuus atq; immaculatus manet. Et ideo magnum & pauendum est mysterium: quia aliud uidetur, & aliud intelligitur. Hæc ibi. Quibus abunde refellitur improba aduersariorū assertio: quam impugnamus. Cum enim quotidie ipse Christus, comedatur & bibatur in ueritate, ut hic testatur Gregorius: planum est utiq; sacrum eius corpus, & sanguinem in Eucharistia ueraciter contineri, & nō in figura tantum siue signo. Cæterum cum in præmissis uerbis ait Gregorius, qd Christus iterum in hoc mysterio moritur: ita id accipiendum est atque si diceret, in hoc mysterio: morte passus representatur. Et quod protinus sequitur: eius caro in salutem populi patitur. tantundem ualeat ac si dicat: eius caro crucem passa insinuatur. Possent & ex prædictorū quatuor ecclesiæ luminariorū scriptis, plura in hanc rem colligi testimonia: sed quæ adducta nunc sunt, sufficere præsenti negocio pertinentur.

Gregor.

DE SACRAMENTO

¶ Sanctorum etiam patrum: Dionisi, Da-  
masceni, & Chrysostomi dictis: corrobora  
ri ueritatem dominici corporis & sanguinis  
in eucharistia.

Cap. XII

Dionisius  
Areopag.

**A**udiendi sunt insuper uenerandi patres  
antiquitate doctrina & sanctitate spe-  
ctabiles: quorū in ecclesiasticis dogma-  
tibus magni semper habita est autori-  
tas. Et in primis Bea, pater Dionysius,  
apostoli Pauli discipulus: qui in 3. cap. sui libri de  
ecclesiasti hierarchia, mysterium sacrae commu-  
nionis secundum ritum apostolicum describens,  
inter cætera ait: At uero pōtifex cum diuina mu-  
nera laude prosecutus fuerit: sacrosancta & augu-  
stissima mysteria conficit: & quæ ante laudau-  
rat uenerandis opera atq; abdita signis: in conse-  
ctum agit. Diuinaq; munera reuerenter ostendens  
ad sacram illorū cōmunionem & ipse conuertit  
& reliquos ut cōmunicent, hortatur. Sumpta de-  
mum atq; omnibus tradita communione diuina:  
gratias referens finem mysterijs imponit. Hæc il-  
le: Nunc uero rogādi sunt aduersarij: quænam illa  
sunt sacrosancta & augustissima mysteria, quæ  
pontifex conficit, quæque uenerandis opera sunt  
atq; abdita signis: & quorū cōmunionem sumit sa-  
cerdos atq; alijs tradit. Nunquid ea, panis sunt ma-  
terialis & uinum naturale: peracta consecratione  
secundum suam substantiam manentia, & solum  
mōgloriosum Christi corpus, quod in cœlis consi-  
det ad dexteram patris, repræsentantia: ut aiunt.  
Nequaq; profecto. Nam penitus desperet: qui nu-  
dam illam panis & uini materialemcq; substantiā  
sacrosancta & augustissima uocaret mysteria.

Sed ea ipsa sunt, sacratissimum Christi corpus & sanguis: sub speciebus panis & uini ut signis sensibilibus, secundum Dionysij sententiam, contenta. Quod & ex uerbis eius, paulo post in eodem capite subiunctis: ubi spiritualem aperit intelligentiam eorum, q[uod] de hoc mysterio sacræ communionis proposuit manifestius elucescit. Inquit. n. Peracta uero laude, uenerandaq[ue] ipsis & intelligibili speculatione spiritualibus inspecta luminibus: tu uero etiā ad sacra mysteria insignis celebranda progreditur, idq[ue] ex traditione diuina. Quocirca reuerenter simul & ex pontificali officio, post sacras diuinorum operum laudes: q[uod] hostiam salutarē (q[uod] supra se est) litet, se excusat, id ipsum primo decēter exclamans. Tu dixisti: Hoc facite in meā cōmemorationem. Hæc ibi: Quānam aut illa salutaris hostia, q[uod] supra ipsum est sacerdotem, illocq[ue] eminentior: quam parat immolare? Nunquid materialis substantia panis & uini: longe inferior iuxta naturæ conditionem sacerdote sacrifico? Minime sane sed sacrosanctum Christi corpus: non mō sacerdote, sed & cœlis ipsis sublimius. Quid item iussit Christus ī coena fieri: in sui cōmemorationem: an naturalem panis & uini terrestremq[ue] substantiā? Nautiū: nam hanc uinitor aut uindemiator aī fecerat: & illam pistor arte sua decoxerat. Sed cōsevationem panis in suum corpus, & uini in suum sanguinem: illis uerbis, ab apostolis & successuris deinde sacerdotibus, tunc fieri præcepit in sui memoriam. ¶ Astipulatur aut eidē & Io. Damascenus, nō aspernandæ autoritatis scriptor: in quarti sui libri de fide orthodoxa, capite 14. dicens: Si uolens ipse deus uerbum, factus est homo, & ex sancta uirginis purissimis & illibatissimis sanguini-

Idem.

Lucæ. 22.

Damasc.

## DE SACRAMENTO

bus in seipso sine semine carnē sustentauit: non potest panem, sui ipsius corpus facere, & uinum & aquam: sanguinem: Dixit in principio. Producat terra herbam uirentem: & usq; nunc p' uiria facta producit germīa, diuino coadiuta & uigorata præcepto. Dixit deus: Hoc est corpus meū, & hic meus est sanguis: & hoc facite in meā cōmemoratio nem. & omnipotenti eius præcepto, donec ueniat efficitur. Et paulo post, in codē capi. subdit. Quō fieri mihi istud? dixit sancta uirgo: qm̄ uirg. non cognosco. Respondebat Gabriel archangelus: Spiritus sanctus supueniet in te: & obūbrabit tibi. Et nūc interrogas: quō panis sit corpus Christi, & uinum & aqua, sanguis Christi? Respondeo tibi & ego. Spiritus sanctus obumbrat: & hæc operatur super sermonem & intelligentiam. Panis aut & uinum transsumuntur. Nouit enim deus humanā infirmitatē: q̄ cōplura usu non trita auersatur, moleste fere, Assueto igitur condescensu usus: per consuetu naturae, ea facit q̄ sunt super naturam. Hæc illæ, & reliqua: in eandem sententiam cōtinuo progressu consequentia ¶ Demum, lapidem unū funda Davidica contorquet idem sacer autor in frontem aduersariō: quo totam hanc factionem Oecolampadianam prosternat & contundat. cū postea subdit. Non est figura, panis & uinum: corporis & sanguinis Christi (absit, n.hoc) sed est ipsum corpus domini deificatum. ipso domino dicente: Hoc est meum, non figura corporis: sed corpus. et nō figura sanguinis: sed sanguis. Et ante hoc: ipsi Iudeis. Qm̄ nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem: non habebitis uitam æternam. Caro mea, uere est cibus: & sanguis meus, uerus est potus. Et rursus. Qui mandu-

Gene. 1.

Matt. 26.

Lucæ. 22.

Luc. 1.

3  
Damasci.

Matt. 26.

Ioan. 6

quoniam non in sermone est regnum dei, ut testatur diuinus Paulus : sed in uirtute , sed magis admiretur soliditatem doctrinæ & synceritatem ueritatis, his nudis & simplicibus uerbis aperte propositam. Et certe qui totum librum cum a uertice, ut aiunt, ad calcem usq; euoluerit: perspicue dinoscet, q; inuisibilia dei a creatura mundi, per ea q; facta sunt, intellecta cōspicitur: sempiterna quo q; uirtus eius & diuinitas, ut ait Paulus. Perspiciet et etiam ex sedula eiusdem libri lectione: q; ex magnitudine speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum uideri, ut inquit Sapiens, & mecum demirabitur(ni fallor) in illo uale fictili simplicium uerborum: tam preciosum doctrinæ sanæ et catholicæ thesaurum de sacratissimis fidei sanctæ mysterijs cōtineri. ¶ Cæteris ab adducendis pluriū auctorū (qui profecto numerosi supersunt) testimonijs, q; rem propositam asseuerent: nunc est suspicendum. ne exuberantior æquo & nimia eorum copia fastidii ingerat lectori: & prolixitatem tædiosam inducat. Est & Oecolampadius in citandis auctoribus qui suas fulciant partes; eo in libro quem improbamus, plurimus & copiosus, ut impensam admodum collocauerit operam: in illis ad suam assertionem astruendam afferendis, utpote Tertuliano, Ireneo, Cyrillo, Chrysostomo August, Hieronymi. Ambrosio. & cæteris cōpluribus. Verum nō confutationē: q; ijs sacris auctoribus quos prose adducit, & illis ipsis eorum sententijs quas in suis partium citat robur. Quidquidem omnes illi autores in suis aduocati auxilium , pro nostris stant castris: at: p; pro nobis catholicæ ueritate omnino militati, omniaq; dicta ipsoq; ab Oecolapā, illic addu-

I.Cor.4

Rom.1

Sap.13

Authores  
ab Oeco-  
lāp. addu-  
ctos: con-  
tra ipsum  
militare

Eta astipulatur plane, sincerae ueritati quam prædicamus, ut copiosa certe tela & arma nobis subministraverit: quibus ipse prosteratur: & tanque Goliath, proprio confodiatur gladio: Nihilo minus totos ingenij sui neruos atque uires in illo opere suo certatim intendit: ut prædictas sacrorum autorum sententias inuertat, atque ad suum detorqueat sensum: prorsus repugnantem genuinæ illorū intelligentiæ, magnopere ad id contendens, ut mutatis illorum autorum insignibus & clypeis per obtrtam interpretationem: eius uideantur milites, qui reuera sunt nostri. Quod cuicque, librum eius prædictum euoluenti, & sollicita indagine singula illustrum autorum dicta inibi citata expendenti: protinus obuium erit atque perspicuum.

¶ Ex publica ecclesiæ determinatione, assidue usu approbata; efficax etiam sumi argumentum, pro ueritate dominici corporis in eucharistia, comprobanda. Cap. XVIII

**N**unc uero rōnibus aliquot etiam agamus nostrum institutum, oñdamusque nullum ambigendi locum cuique relinqui debere: quia in sacra eucharistia uerum Christi corpus, & uerus itidem sanguis eiusdem, secundum substantialem præsentiam contineatur. Id ipsum siquidem primū cōuinicit publica totius ecclesiæ assertio: quia filios suos omnines hac semper imbuit fide, credendumque fideli bus omnibus a sua cōstitutionis initio proposuit quia in hoc excellentissimo eucharistia sacramēto, ueraciter Christi corpus & sanguis subsistat. Neque unque fides hæc incōcussa deficiet in ecclesia, quan-

H 2

I. Reg. 17

## DE SACRAMENTO

diu uersabitur in hoc militiae & pegrinationis sta  
dio. qñquidē rogauit pro ea in Petri persona Chri

**Lucæ. 21.**

stus: ut non deficiat fides eius, q̄tum cunq; molian

tur hæretici hanc firmitatē ipsius subuertere. Em̄

uero fundata est hæc domus supra firmā petram,

Christum. s. qui huius ueritatis autor est & institu

tor. Venerunt qđem flumina hæreticar̄ ad inuen

tionum: & flauerunt uenti perturbationum ab hæ

reticis suscitator̄: ac ut aliis inquit euāgelista, in

undatiōe facta (prauor̄. s. dogmatum) illisum est

flumen domui illi: & non potuit eam mouere, fun

data. n. erat supra firmam petram Quicunq; igi

tur hanc fidem totius ecclesiæ, cū pietate ani non

amplectuntur aut profitentur, sed abnegant & p

ueris molitionibus oppugnant: hi nō sunt ampli

us ecclesiæ legitimi filij, sed ab ea desiscunt ut de

generes & nothi, atq; ab illius se disseparant con

soratio. imo ut transfugæ inimica sequitur castra

feraliaq; in matrē bella gerunt & mouent arma.

2

**Cypria.**

**¶** Quod ex ipso discant S. martyre Cypriano, ita  
in epistola aduersus Nouatian. schismaticū, de uni  
tate ecclesiæ, scribente: Ecclesia, ingt, dñi luce p  
fusa: per orbem totum radios suos porrigit. Vnu  
tamen lumen est quod ubiq; diffunditur: nec uni  
tas corporis separatur: Ramos suos in uniuersam

terram copia ubertatis extendit: profluentes largi  
ter riuos latius expandit. Vnū tñ caput est, & ori

go una, & una mater, fœcunditatis successibus co  
piosa. Illius fœtu nascimur, illius lacte nutrimur,

spiritu eius animamur. Adulterari non pōt spousa

Christi, incorrupta est & pudica. Vnam domum

nouit: unius cubiculi sanctitatem casto pudore cu  
stodit. Hæc nos deo seruat: hæc filios regno, quos

generauit, assignat. Quisq; ab ecclesia segregatus



## EVCHARISTIAE I. 59

adulteræ iungitur: a promissis ecclesiæ separatur,  
nec pertinet ad christi præmia: qui reliquit ecclesiæ  
am Christi. Alienus est, prophanus est, hostis est:  
Habere iam non pôt deū patrem: qui ecclesiā non  
habet matrem. Si potuit euadere, qui extra arcā  
Noe fuit: & q[uod] extra ecclesiam foris fuerit, euadet. Gene. 7  
Monet dñs & dicit: Qui non est mecū, aduersum me est, & q[uod] non mecū colligit, spargit: Qui pacem  
Christi & cōcordiam rumpit, aduersus Christum  
facit. qui alibi præter ecclesiam colligit, Christi ec-  
clesiam spargit. Hæc Cypria. Ex quibus clare cō-  
stat, Oecolampadiū hæc ecclesiæ sanctæ de eucha-  
ristia fidē euertere conantem: schismaticū esse, &  
unitati ecclesiasticæ repugnantē. ¶ Insuper hanc  
fidem suam, a primordio nouæ legis protestata est  
ipsa sancta mater nostra ecclesia: obseruatione cō-  
tinua & publica, sine interpolatione, haec tenus fre-  
quētata per usum assiduum. tum in ipsa fidelis po-  
puli cōicatione: tum in officij altaris (quam mis-  
sam dicunt) celebratione. Vt quid n. institutū fu-  
isset præceptum de suscipienda a laicis (olim qui-  
dem frequentius: posterioribus autem seculis, sal-  
tem semel quotannis, utputa in festo Paschæ) Eu-  
charistia, cum debita sui per expiationem animæ  
solicitam præparatiōe: si in illa, panis tantum ma-  
terialis contineretur: figurans Christi corpus in coe-  
lo gloriosum? Cur itidem ordinata fuisset lex illa  
ecclesiastica non recentioribus sed priscis tempo-  
ribus, de sancta eucharistia ad infirmos deferendā,  
ne sine illo salutari uiatico hæc migrarent: si ni-  
hil illa nisi materialem, & terrestrem panis substā-  
tiam contineret? Non enim panis ille corporalis,  
tantopere necessarius ægrotis censeri posset. Cur  
deniq[ue] a sanctis apostolis in prima ecclesiæ funda-

H 3

Obligatio  
ad cōionē  
& missæ  
auditionē,  
oñdit Eu-  
charistiaæ  
dignatet  
& uerita-  
tem.

## DE SACRAMENTO

tione fuisset celebrandæ missæ ritus ordinatus, secundū quem ipsa sacro-sancta eucharistia offerre tur pro uiuorę & mortuorę salute: si in hmoi sacro officio nihil aliud q̄z panis materialis, & uinum idem materiale post uerba consecratoria exhibere tur in altari? Quid. n. tunc sacratius adesset illi mysterio, peracta consecratione hostiæ & calicis sacri: qz ante affuerit? Nihil profecto, cum idem secundum substātiā maneret panis & idem uinū quod ante fuerat: nulla in illis permutatiōe facta. An uero pro terrestri illa panis uinique substātiā exhibenda deo in altari; tantis opus esset cārimonijs, uestibus sacris, luminaribus, aris sanctificatis, & alijs: pio studio a primis ecclesiæ præsidib. quondam definitis: cū tunc talis oblatio: ab ipsius Melchisedech oblatione, panibusq; propositionis, & uino libaminū antiquæ legis, nihil omnino disparet: ut ante monstratū est. Cur etiam tūc si delis popu. tanta præcepti distinctione adigeretur diebus dñicis & festis ad missæ auditionem: si in ilia nihil prorsus tractaretur nisi solus panis & uinum materiale, haud aliter q̄ in mensa prophana? An credibile est, antiquos illos ecclesiæ primores, rā sedulo totū uoluisse pop. statim illis dieb. præceptoria obligatione acciri in templum: ut corā spectaret panis & uini benedictionem, in solam corporis & sanguinis dñici repræsentationem: sine iliorę præsente secundum ipsam substātiā? Et ut paucis totam rem colligam, qcquid ab ecclesiæ lactentis infantia ad hæc usq; tpa fuit constitutū circa honorabilē sanctæ Eucharistie uenerationē & usum, circa ministerium etiā missæ & eius celebrazione: circa rōnem & incassum fuisset ordinatum & inutiliter obseruatū, concideretq; totus

Cap. 6



EVCHARISTIAE I. 60

ordo ecclesiasticus & sacerdotalis functio: si ponatur in eucharistia abesse uerū Christi corpus secundum substantiam. ¶ Rursum. Sacrificijs omnibus diuersorumq; generē antiquae legis, unicum successit noui testamenti sacrificium salutare, quotidianū & peculiare corporis. & sanguinis domini nostri, in sacro missæ ministerio sub uelamento panis & uini, oblati. Quod cum autores sacri cōs, tum B. Augustinus testatur in libri decimoseptimi de ciuitate dei, cap. uicesimo: in hunc modum. In libro, iquit, alio, qui uocatur Ecclesiastes, ubi ait: Non est bonum homini, nisi quod manducabit & bibet: quid credibilius dicere intelligitur, q̄d quod ad participationem mensæ huius pertinet, quam sacerdos, ille mediator testamenti noui: exhibet secundū ordinē Melchisedech: de corpore & sanguine suo. Id enim sacrificium successit omnibus sacrificijs ueroris testamenti: quae immolabantur in umbra futuri. Propter quod, etiam uocem illam in psalmo tricesimonono, eiusdem mediatoris per prophetam loquentis, agnoscimus. Sacrificium et oblationem nolueristi: corpus autem perfecisti mihi, quia pro illis omnibus sacrificijs & oblationib; corpus eius offertur, & participantibus ministratur. Hac ille. Cui etiam accedit uenerabilis Beda, in libro quarto suorum commentarior̄ super Lu cam: mystice exponens locum illum euangeliū de uitulo sagiato, a patrefamilias iusso occidi ad epulandum, cum filio conuerso & reduce: in hunc modum. Vitulus, inquit, saginatus, ipse dominus est: sed secundum carnem. Et bene saginatus, quia caro eius adeo spirituali est opima uirtute: ut pro totius mundi salute sufficiat in odorem suavitatis, in odorem scilicet immolationis ad Deum mittere.

4

August:  
Eccle. 8

Psalm. 39

Lu. 15.

Beda;

H 4



## DE SACRAMENTO

& pro omnibus exorare. Tunc autem eius caro commeditur: cum eius passionis sacramentum & ore ad emunationem percipitur, & corde ad imitationem cogitatur. Et paulo post: eodem in loco. Ista epulem atque festinaties nunc celebrantur: per orbem terrarum ecclesia dilatata atque diffusa. Vitulus noster, in corpore & sanguine domino & offertur patri: & pascit totam domum. Hac ille. ¶ Atqui si in ipso missae mysterio sub forma panis & uini non uere continetur corpus & sanguis Christi, sed duntaxat materialis substantia tam panis quam uini: nullum uerum legis assignari potest solenne & peculiare sacrificium, ipsi statuta euangelicae institutionis proprium accommodatum. cum panis & uini oblatione, ab ipso Melchisedech legatur deo exhibita tempore antiqui ritus: & inter Mosaicas oblationes nuerentur panes propositionis & uini libaminis. Sublato autem sacrificio proprio: aufertur & sacerdotium illi sacrificio addictum. Adempto uero sacrificio & sacerdotio: admittitur & lex, duobus illis respondens. Itaque si in eucharistia negatur uerum Christi corpus secundum substanciali presentiam continetur: profus subducitur nobis omne sacrificium, destruiturque sacerdotium Christi, & lex noua tota subruitur. Et quemadmodum dominus per Osee prophetam dixit de populo Iudaico: quod dies multos sedebunt filii Israeles sine rege & sine principe, & sine sacrificio & sine altari, & sine ephod & sine theraphim: ita & de populo Christiano id dici posset: quod hactenus semper fuerit & ad finem usque mundi erit sine sacrificio, sine sacerdotio, & sine lege. quod nemo sanctorum & uere fidelis: diceret unquam. Quare Oecolapadiana assertio, abnegans Christi corpus uere in Eucharistia subsisteret: totum penitus evanescit Christianus.

Gen. 14.  
Leui. 14.  
Num. 15.

Osee. 3



## EVCHARISTIAE I.

61.

mūm. **P**ræterea. In ipso sacro missæ canone, nō 6  
 semel ecclesia sancta plane profitetur: ut & corpus Ex sacro  
 & sanguinem Christi in eucharistia contineri. Vt in canōe mis-  
 in eo loco ante consecrationē sacramenti, quo sic sā: probat  
 orat deū patrē sacerdos sacra faciens, cū toto po- ueritatem  
 pulo. Vt hæc oblatio, nobis corpus & sanguis fiat: eucharist.  
 dilectissimi filij tui, domini nostri Iesu Christi. Et  
 paulo post consecrationem: rursum deum patrem  
 ita orat sacerdos cū toto populo. Vt quotquot ex  
 hac al' aris participatione, sacrosanctū filij tui cor-  
 pus & sanguinē sumperimus omni benedictio-  
 ne cœlesti & grā repleamur. & in alijs plæriscq  
 eiusdē sacri canonis loc. s. In orationibus itidē &  
 collectis missar̄, potissimū q̄ ante præfationē se-  
 creto dicuntur, & post cōmunionē propalā: eadē  
 ueritatis professio, plærunc̄ continetur uel mani-  
 festissime. Vt in hac oratione secreta festi epiphā-  
 niæ. Ecclesiæ tuæ quæsumus domine dona propi-  
 tius intuere, quibus non iam aurum tus & myr-  
 tha profertur: sed quod eisdem muneribus decla-  
 ratur, immolatur & sumitur, Iesus Christus, fili-  
 us tuus, dominus nr̄. Similiter in feria sexta post  
 diem cinerum: hūc in modum orat ecclesia deum  
 in collecta, mysterij missæ consummatoria Spirī-  
 tum nobis domine: tuæ charitatis infūde. ut quos  
 uno pane cœlesti satiasti: tua facias pietate concor-  
 des. Quis autem est ille unus panis quo satiati sunt  
 fideles: nisi sacrum corpus dominicum sub forma  
 panis in eucharistia cōtentum, & ab omnibus cō-  
 municantibus idem re ipsa sumptum? Quod si  
 sola dicitur panis substātia manere post consecra-  
 tionē expletam, ut uult Oecolampadius: iam non  
 uno pane satiatus esset populus Christianus in sa-  
 gra cōmunionē, sed multiplici, imo singuli totius cō-

Quid uno  
 pane cœle  
 sti satiatur  
 fideles.

H S

## DE SACRAMENTO

tus: suū haberent & propriū panem, ab aliorū pa-  
ne re ipsa diuersum: & totidē essent distributi pa-  
nes in eucharistiæ cōmunicatione: quot essent ea  
p̄cipientes. Porro cōplures alias orationes ecclē  
siasticas. eandē cōtinentes sententiā: potissimum  
post cōmunionē (utpote q̄ corporis sacri p̄recio-  
sīq̄ sanguinis libamine uegetati sint & repleti, q̄  
sacrū illud missæ mysteriū peregerunt: aut illi nō  
dissimilē sensum explicantes) nunc omitto: & ad  
unā transeo antiphonam: q̄ in honorē sanctissimi  
eucharistiæ sacramenti a tota decantatur ecclesia  
hanc uidelicet. O sacrū cōuiuiū, in quo Christus  
sumitur: recolitur memoria passionis eius, mens  
impletur ḡrā, & futuræ gloriæ nobis pignus da-  
tur. In qua profitetur uniuersus fidelū chorus: q̄  
in illo dominice mensæ conuiuio cum sacra eucha-  
ristiæ sui cipit communio, Christus ipse sumi-  
tur non quidem in figura: sed in ueritate sui corpo-  
ris & sanguinis. Tres deinde proponuntur in ea-  
dem antiphona utilitates spirituales, secundum  
diuersam triplicis temporis rationem: ex huius-  
modi digna conuiuij coelestis participatione pro-  
uenientes. Præteritū quidem attendendo tempus  
quod in ea mandatione, recolitur memoria pas-  
sionis Christi, secundū illud beati Pauli uerbū ad  
Corinthios: supra adductum. Quotienscunq; mā  
ducabitis panem hunc & calicem bibitis: mortem  
domini annunciatib; donec ueniat Præsens uero  
tempus considerando, id beneficij conseqreretur cō-  
uiua mensæ dominicæ: quod mens eius impletur  
gratia. Quomodo enim non consequitur ex ubi-  
rantia gratiæ: qui Christum, p̄ quem gratia &  
ueritas facta est, & de cuius plenitudine nos oīs  
accepimus, gratiā pro gratia, rite & religiose susci-

Pia de sa-  
cramento  
eucha-  
stiæ: anti-  
phona

I.corin.11.

Ioan.1.



## EVCHARISTIAE. I.

62

pit cordis sui hospitē? Deniqꝫ in futurum tempus  
aciē mentis inflectendo, id proponitur in eodē lau-  
datorio cātico: Q[uo]d in eo sacræ eucharistiaæ cōuiuio  
futuræ gloriæ nobis pignus datur. Qm̄ ipse idem  
nunc obiectus forma panis nobis communicatur  
quē speramus reuelata facie demū cōtemplari in  
gloria coelesti. In cuius futuræ uisionis pignus: tra-  
ditur nobis sacra cōcio eucharistiaæ. ¶ Sed qd uni  
tm̄ nunc īmoror antiphonæ: & non potius rotum  
adduco officiū ecclesiasticum, in celebri solenni-  
tate sacri corporis Christi a tota ecclesia decātari  
solitum: cuius prædicta antiphōna, una est particu-  
la: cantico sacratissime uirginis Mariæ in secundis  
illius festi uesperis accommodata. Quod qdem  
officium, sugerente Vrbano quarto, summo pō  
tifice: doctrina & sanctitate clarissimus, Thomas  
Aquinæ, præclare ac erudite composuit. & ecclæ  
catholica publico consensu recepit illud dein-  
ceps in ea celebritate & p[ro] octauas eiusdem decan-  
tandum: & hactenus eodem sine aliqua reclama-  
tione est usa. Cuius certe officij singulæ partes an-  
tiphonæ, responsoria, lectiones, capitula, uersus,  
& in missæ prædicti festi mysterio, oratiōes, ep[iscop]i  
stola, euangelium, ac reliqua omnia: hanc sonant  
fidei professionē de ueritate corporis Christi in eu-  
charistia. Omnim autem apertissime eam expri-  
mit insignis illa prosa festi eiusdem: cuius initium  
et Lauda Sion saluatorem: lauda ducem & pasto-  
rē, in hymnis & canticis, complectens pulcherri-  
mo contextu, modulatiōe & q[uo]d canora: quicquid de  
excellentissimo eucharistiaæ sacramento credendū  
& tenendum proponit fidelibus ecclesia catholi-  
ca & potissimum corroborans eam de sacro Chri-  
sti corpore: quam astruere connitetur, ueritatē

Vrbanus.  
quartus  
Thomas.  
Aquinæ.

## DE SACRAMENTO

Alijs insup rationibus, ut adoratiōe publica eucharistiae, & cælebratione festi corporis Christi: comprobari, quæ uere ipsum continetur in eucharistia.

Cap. XIX

**P**rædictis & illud adjiciendum est quod ex institutiōe laudabili ecclesiae, proprie tur in templis sanctissimum eucharistiae sacramentum, adorandum a toto populo: aut in supremi præcipuiq; altaris eminēte loco, aut ad latus ipsius aliquo intersti te spacio, in honesto aliquo & decente cōditorio, ut in ipso templi ingressu fideles ad genua suppli citer procumbentes: adorent ipsum regem cœlorum & dominū gloriae, inibi corporaliter præsen tem. Hanc uero Christi in eucharistia adorationē non improbant, sed mognopere commendant sancti patres, ut Augustinus, in expositione psalmi nonagesimi octaui: explicans hunc uersum: Adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est. Ita enim ait. Quæro quid sit scabellum pedum eius: & dicit mihi scriptura. terra: scabellum pedum meorum. Fluctuās conuerto me ad Christū: & ipsum quæro hic, & inuenio quomodo sine im pietate adoretur terra: sine impietate adoretur sca bellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram quia caro de terra est, & de carne Mariæ, carnē accepit. Et quia in ipsa carne hic ambulauit, & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem de dit, nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adorauerit: inuentum est qualiter adoretur tale scabellum pedū dñi. & non solum non pec cemus adorādo: sed peccemus nō adorādo. Nun qd autē caro uiuificat: Ipse dominus dixit: cum

Psal. 98

Augusti.  
Esa. 66.

## EVCHARISTIAE.

.I .63.

de cōmendatiōe eiusdē terræ loqueretur. Spīritus  
est q uiūificat: caro aut̄ nihil prodest. Ideo & ad  
terrā p̄libet cum te inclinas atq; prosternis: non  
quasi terrā intuearis, sed illū sanctū, cuius pedum  
scabellū est q̄ adoras. Propter ipsum em̄:adoras.  
Ideo & hic subiecit, Adorate scabellū pedū eius:  
quoniam sanctum est. Quis sanctus est? In cuius  
amore:adoras scabellum pedum eius. Et cū ado-  
ras illū:ne cogitatione remaneas in carne, & a spi-  
ritu nō uiūificeris. Spīritus em̄ (inquit) uiūificat  
caro autem nihil prodest. Hæc ibi. Quam expo-  
sitionē approbās Cassiodorus: in eiudem loci ex-  
planatiōe ait. Augusti, diligentissimus exquisitor  
corpus domini quod de Maria uirgine sumpfit  
scabellum diuinitatis eius afferuit debere sentir  
propter naturam humanitatis quam est digna-  
tus afflūmere. Illi enim uirtuti eisē subiectū atq;  
unitum: omnibus creaturis cōstat ex celsius. sic ut  
dicit apostolus. Quod infirmū est dei: fortius est  
hominibus. Et alibi, de eodem mediatore dei &  
hominum homine Christo Iesu: apostolus dicit.  
Propter quod deus exaltauit illum: & donauit illi  
nomen, quod est super omne nomen. ut in nomi-  
Iesu, omne genu flectatur: cœlestium, terrestrium  
& inferorum. Hæc ille, Diuinus itidem Paulus  
ad Hæbreos scribens: eximiam Christi excellen-  
tiam declarat his uerbis. Et cum iterum introdu-  
cit (deus scilicet pater) primogenitum in orbem  
terræ: dicit. Et adorent eū omnes angeli dei. Quē  
aut̄ totus angelorū adorat chorus: cur & homines  
nō adorabunt Christum igitur uerū deum & ho-  
minem, nō mō in cœlis regnātem, sed & in sacra  
eucharistia ueraciter & mirabiliter subsistēte: pie  
ac religiose adorat tota fidelū multitudo. Et sacre

Ioan. 6

Psal. 98

Cassiodo.

I.corint. I.

Philipp. 2

Hebræo.  
Psalm. 96

## DE SACRAMENTO

2 eius corpus inibi existens qm̄ a uerbo separari nō  
pōt: deuota adoratiōe ē ab oib. honorandū. ¶ At  
uero si in eucharistia dicatur esse sola panis substā  
tia, sine corporali præsentia Christi: qcunq; hono  
rem latrie impenderent hostiæ consecratæ, rei es  
sent idolatriæ. q̄ soli deo debitum cultum, exhibe  
rent creaturæ: utpote pani materiali. Totus itaq;  
mundus Christi nomen colens: a principio corus  
cationis euangelicæ ad hæc usq; tempora, fuiset  
infando idolatriæ errore detentus. q̄ hostiā cōse  
cratā adorauerit in ipso missæ mysterio. & in cō  
ditorijs sacris decenter at: p̄ pro dignitate repositā.  
Et solus Oecolampadius lumine sacræ fidei illu  
stratus cum suis astipulatoribus: huius horrendi  
criminis euasisset reatum. cū sentiat non esse ado  
randam hostiam sacram: q̄ sola sit ibidē panis  
triticei substantia (ut ante sacerdotalē consecratio  
nem fuerat) iuxta eius placitum. Quis at id admi  
serit unc̄. totum mundum hactenus i errori tene  
bris circa dignissimi huius sacrameti fidem & cul  
tum, esse uersatū: & paucos hoc seculo natos, cras  
si erroris huius atram deteruisse caliginē? Non enī  
ita dereliquit dñs pop. suum, neq; sic spreuit hære  
ditatem suam: ut passus fuerit omnes sui nominis  
cultores hactenus tā denso ignorantiae & impie  
tis inuolui nubilo, plus minus mille & quingentis  
annis. ¶ Insuper. Vrbanus quartus, summus pon  
instituit speciale festum quotannis per uniuersam  
ecclesiam celebrari debere: in ueneratione & ho  
nore rem iacratissimi eucharistiæ sacramenti, feria  
quinta post octauas pentecostes. Et assistentibus  
officio ecclesiastico in prædicta solennitate & per  
octauas eiusdem: distributiones contulit spiri  
tuales admodum largas, multoꝝ scilicet dierꝝ rela

## URBANUS QUARTUS

zationē de iniunctis p̄c̄nitentij̄s. Quemadmodū  
liqdo cōstat ex pr̄dictā sanctiōis tenore. integre  
explicato in Clementinrum constitutionum libro  
tertio, titulo de reliquijs & ueneratōe sanctorum  
cap. si dominum. Vbi & Clemens quintus in cō  
cilio Viennensi, eandem Urbani ordinationem de  
celebrando singulis annis festo corporis Christi:  
districe & adamussim iubet obseruari. In quo q-  
dem sanctiōnum canonicarum capite modo citato  
multa afferuntur pr̄eclara & singularia pr̄econia  
excellentissimi huius mysterij, q̄ linguis humanis  
satis laudari nequit. Et dignum profecto est caput  
illud iam annotatum: quod a uertice(ut ait) ad  
calcem usq; legatur ab omnibus. Nam & uerita-  
tem domini corporis in eucharistia, solide asti uit  
& huius fidei tanq; firmæ basis innitens professio  
ni quamplurima ibidem commemorat diuinæ bo  
nitatis in hoc sacro mysterio beneficia, piarum  
mentium excitatoria in deuotionem uberiorem  
& uenerationem tam sublimis sacramenti. Quod  
autem opus illud institutionis pr̄dicti festi, non  
ex hominibus fuerit sed ex deo (quemadmodum  
& Urbanus ipse illic refert. se cum necdum ad  
summi pontificatus apicem esset prouectus, intel-  
lexisse: quod fuerat quibusdam diuinitus reuela-  
tum, festum huiusmodi generatiū in ecclesia ce-  
lebrari debere) hinc sumitur argumentū: quod ab  
eo tempore disolutum non est, neque nunc dissol-  
vitur illud institutum, sed in dies maius sumit in  
cremētū: & mirū in modum cernitur adaugeri  
fidelīū deuotio ac studiū: circa pr̄dicti festi cele-  
brationē. ¶ Nēpe eo die in singulis ecclesijs solen-  
nis igitur supplicatio (quam processionē uulgo dī-  
tū) omniū longe celeberrima. In qua, cum tote

Clemens:  
quintus.

Cōmenda  
tio suppli-  
cationis so-  
lēnis: q̄ sit  
festocor  
poris  
Christi.

## DE SACRAMENTO

cleri & populi conuentu detur p uicos & plau-  
teas: cum summa ueneratione, sanctissima eucha-  
ristia: in canticis & laudibus iubilatorijs. Freqns  
qucq; illi adhibetur tædar; & luminarium nume-  
rus. Adornantur etiā parietes domor; tapetis &  
uirentibus ramis: plateæ uero, odoro gramine &  
suave olenibus herbis respurguntur. Et quicquid  
officij, pietatis studio impendi pot huius solenni lup-  
plicatōi: certatim extibetur a deuoto populo. qd  
non nisi incitante deo: tam studiose & eligiose fie-  
ri ci ediderim ubiq; locor;. Haud aliter quā Chri-  
sto ingrediente ciuitatē Hierusalem, paulo ante  
suam passionem. populus Iudaicus cum magna  
lætitiae applausu cōfessioneç laudis eidem occur-  
rit. alijs uestimenta sua sternentib. in uia: a ihs ue-  
ro ramos arbor; cædcentibus, & iactantib. inter-  
ram ad uix ornamentiū. deniq; alijs Christo accla-  
mantibus uera laudum præconia: quæ spūs Ictūs  
eis suggestit. Et illi qdem tunc mortalem & pau-  
cis post diebus ignominiosam passus mortem: tā  
in signi proscuti sunt honore. Nos uero iam im-  
mortalem & impassibilem, triumphata merte re-  
gnantem in cœlis, & pro ineffabili sua dignatiōe  
nobiscum sub tegmē uene. abilis eucharistia ue-  
re præsentem: merito his ueneramur obsequijs, &  
officijs hmōi honoris debiti exhibitiōe colimus  
am panis, sine corpali Christi pñtia, iuxta adver-  
sarior; assertum: qd dies festus esset illi dedicādus,  
aut quæ solennitas feret exhibenda institutiōi ip-  
sius iacimenti? Quis item dignū duxerit, cī cun-  
ferre panem illum materialem: cum thurificatio-  
ne, tædis, cæreis, & ceteris ornamentis, diuinam  
decentibus maiestatem? Cur præterea tanta po-

Matth. 21.  
Marci. 12.  
Luca. 21.  
Ioan. 12.

EVCHARISTIAE. I. 65

populi frequentia ad tam celebre solennitatem tunc concurreret; ut panem illum terrenae substantiae & materialis diuino propemodum cultu prosequeretur? Ex laudatissima igitur festi illius ordinatione, & commendabili eiusdem observatione, quotannis in maiorem excrescente totius populi deuotione: non inutile sumitur argumentum, punitae corporis Christi in eucharistia confirmatorium. Porro Oecolampadius, molesto ferens animo, tantam domino deo exhiberi in praedicta sacratissimi corporis Christi solennitate reuerentiam: ipsam celebritatem modo descriptam, his uerbis indigne fugillat in suo quod impugnamus opusculo. Palam autem est, quanto fastu, quam immodico luxu, quamta solennitate: festum corporis Christi, quod uocant, agatur. In quo, quod Christus dignum sit: video minimum. Intermittitur annuntiatio ybri: quo locus sit iudicis & cærimoniarum. Ignoratur uerus eucharistiæ usus: aperitur idololatriæ fenestra. Exaggerantur supra modum superstitiones: in domibus, agrisque lustris. Mulieres in cultu meretricio: sacerdotes amasiori more copti in fastu regio, milites in armaturatruculenti. Haec ille. Omitto lubens, quam continuo prosequitur ibidem in eandem tendentia sententiam. quam satyram magis sonant: quam piam doctrinam, aut admonitorium sermonem. Sed quorsum haec omnia? ut damnet & insectetur religiosam fidelis populi in ueneratione tam sacri mysterij pietatem. Quoniam id male habet virum: quod tanto honoris obsequio colatur ipse dominus deus noster in hoc admirabili sacramento, quod nobis reliquit in sui monumentum & pignus amoris. Hinc ueram Christi in eucharistia adorationem: impio uocat ore idololatriam. Laudabilem quoque cærimoniarum observationem circa dignam eu-

Impius in  
dænatione  
„ festi  
„ corpo.  
„ Christ  
„ Oec.  
„ lampz.  
„ dius.

## DE SACRAMENTO

charisticæ uenerationem (q̄ syncerorem fidelis populi testatur affectum) appellat superstitionem. Ornamenta uero uestium sacrar̄ ad hanc festi celebrationem spectantia & debitam dei honoratio nem, luxum uocat & pōpam, omnia in sinistram partem obuertens. ¶ Ceteræ nō meminit ipse, aut meminisse se dissimulat, quis in diuinar̄ scripturarum lectione diutius sit uersatus: cum q̄ra celebritate deduxit David rex pientissimus arcam Dñi, de domo Obededom in ciuitatem suam: cum honoratissimo sacerdotum & leuitar̄ choro, & uitimis pinguisibus. In qua deductione, regiae maiestatis oblitus, non solum cithara ludebat & organis: sed & totis uiribus saltabat ante dominū. Non uenit etiam illi in mentem: cum quanta solennitate Salomon filius eius, eandem arcam dñi transluit de ciuitate David, in templum illud magnificū quod recens extruxerat. Ad quam traductionē cōuenisse scribuntur omnes maiores natu Israel, cū principib. tribuū: & duces familiār̄ filior̄ Israel, cū sacerdotib. & leuitis, nūerosaq̄ uictimæ immolatiōe. Erat autem arca illa: tanq̄ typus & umbra sacratissimæ huius arcæ (Eucharistiam dico) in qua omnes thesauri gratiæ sunt reconditi, & in omnes affatim exundant. Hæc certe arca est salutis & benedictionis: non bonor̄ opalium largitatem (ut præsa illa arca: i domo Obededom) sed spīritualium donor̄ affluentiam cōferēs. Quid igitur damnat Oecolampad. & improbat, nostram hanc arcam superdiuinam circumferri a populo cū ingenti honore & reverentia: in die sacro, huic solenitati quotannis designato? Quid igitur reprehendit decētem ornatum exteriorem in uestibus, & honesto fideliū cultu atq̄ amictu ad cumulationē

2:Reg.6

5:Reg.8

4:Reg.6

tantæ rei decorem? Q. si in hac celebritate aliqua  
fiat præter modum & rationem: imo per abusum  
quendam, superinductum ab eo homine inimico  
qui gaudet & assidue studet in agro dñico, bono  
semini superseminare zizania: nungd idcirco da-  
mnada est ipsa festi institutio, aut celebris eius ob-  
seruatio? Reseentur potius acuta falce ecclesiasti-  
cæ seueritatis & autoritatis illa mala & noxia gra-  
mina: q̄ ita succrescunt sensim, & permaneant recta  
instituta: rōnabile hoīm obsequiū circa hoc supdi-  
uinum mysterium, cōsolidantia & cōfirmantia.

Matt. 15

¶ Q. uirtute uerborum Christi, consecra-  
tioni faciendæ designatorum: panis in cor-  
pus Christi uere conuertatur, & uinum ca-  
licis in preciosum eius sanguinem.

## Cap. XX.

**O**STENSUM iam sati superq; putamus:  
in sancta Eucharistia, uere & re ipsa  
Christi corpus cōtineri. Nunc reliquū  
est paucis aperire, quonam pacto illic  
incipiat ipsum esse: quod ante ibidem  
non fuerat. an transmutatione aliqua interuenien-  
te: aut citra omnem permutationem. Ad quod di-  
noscendum: id unum ante omnia firmiter haben-  
dum sancit catholica religio. q̄ per prolationem  
uerbor̄ a Christo domino institutor̄ ad perfici-  
endam sacræ eucharistiae consecrationem: panis  
ipse in altari propositus, ueraciter in corpus Ch̄ri  
conuertitur, & uinū in calice bñdictionis contentū  
in uer̄ eius sanguinē. Pro cuius asserti solida com-  
probatione, sufficere certe deberet illa publica toti  
us ecclesiæ professio: q̄ i prosa illa de sacrostā eu-

I      2  
Eccle. ca-  
tholicæ  
professio  
de eucha-  
ristia,

## DE SACRAMENTO

charistiæ sacramento admodum præclaræ (cuius  
paulo ante meminimus) religiose concinnit. Do-  
gma datur Christianis: q[uod] in carnem transit panis,  
& uinum in sanguinem. Adiunge si lubet, & hymni  
illius modulatissimi. Pange lingua gloriose corporis mysterium. hunc uersum, in maiorē corroborationem. Verū caro, panem uerū, uerbo carnem  
efficit: fitq[ue] sanguis Christi, mer. ¶ Verū ut exploratior euadat & perspectior hæc fidei doctrina: facio  
re & cōmunire. Et primū Eusebii Emiseni, dicen-  
tis. Inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas, in sub-  
stantiam corporis sui & sanguinis: uerbo suo, se-  
creta potestate conuertit. Et paulo post. Nouū ti-  
bi & impossibile esse non debet, q[uod] in Christi sub-  
stantiam terrena & mortalia cōuertantur. Cui cō-  
sonat Ambrosius in 4. li. de sacramentis, capite 4  
dicens. Si tanta uis est in sermone domini Iesu, ut  
inciperent esse q[uod] non erant: quanto magis operato-  
rius est, ut sint quæ erant & in aliud cōmutentur.  
Cœlum non erat, mare non erat: terra nō erat. Sed  
audi dicentem. Ipse dixit, & facta sunt: ipse man-  
dauit & creata sunt. Ergo tibi ut respondeam, nō  
erat corpus Christi ante consecrationem, sed post  
consecrationem, dico tibi, q[uod] iam est corpus Chri-  
sti. Ipse dixit, & factum est: ipse mandauit, & cre-  
atus est. Et nōnullis interiectis exemplis, ex sacra  
depromptis scripture: ad ostendam diuinæ uirtu-  
tis in operibus naturæ usum trāscendentibus ma-  
gnitudinem, circa finem eiusdem capititis, ita rem  
propositam colligit. Ergo didicisti q[uod] ex pane fiat  
corpus Christi. Et q[uod] uinum & aqua in calicē mit-  
titur: sed fit sanguis, consecratione uerbi cœlestis.  
Hæc Ambro, ibidem. Eandem quoq[ue] sententiam

Eusebius  
Emisenus

Ambrosi.

Psal. 148.

confirmat Augustinus: his uerbis. Ex substantia panis & uini mystice corpus Christi consecratur. Et paulo post. Corpus Christi & sanguis, in uirtute spissæ sancti: ex panis & uini substantia efficitur. Rursum idem. Per spm sanctum, hanc. s. panis substantiam, suam efficit carnem: & translatum uinum in sanguinem. Et iterum. Credendum est: qd in uerbis Christi sacramenta conficiantur. Cuius n. potentia creatur prius. s. panis & uini: eius utiq; uerbo, ad me lius procreantur. ¶ Insuper in epistolis decretalibus de celebrazione missarum, cap. cum Martha, dicit Innocent. III. Christus panem & uinum, in corpus & sanguinem suum proprie cōmutauit. Et uenerabilis pater, Hugo de S. Victore, in secundi lib. de sacramentis parte octaua, secundoq; partis illius capite, inquit: Sacramentum corporis & sanguinis sui, ipse dominus Iesus Christus instituit: qn post cœnam ueteris paschæ, panem & uinum in corpus & sanguinem suum diuina potentia transmutans, apostolis sumendum tribuit: & ut idem post, hoc in memoriam sui agerent, præcepit. Accedit illi & Damascenus, in quarti libri suarum sententiæ cap. decimoquarto, dicens: Corpus Christi secundum ueritatem coniunctum est diuinitati: quod ex sancta uirgine corpus est. non qd ipsum corpus assumptum ex coelo descenderit: sed qd ipse panis & uinum transmutatur in corpus & sanguinem dei. Et paulo post, eodem in loco. Sic & propositiōis panis, uinumq; & aqua: per invocationem & adventum spissæ sancti, supernaturaliter transmutatur in corpus & sanguinem Christi. & non sunt duo, sed unum & idem. Plura deniq; in eandem rem testimonia, facile colligas ex dictis sanctorum patrum: supra adductis cap. II. & 12. præsentis libri: & ex

August.

Innocent. §

Hug. de S.  
Victore

Damasc.

I 5

## DE SACRAMENTO

canonicarē sanctionū libro ibidē diffusius citatis.

¶ Ex his utiq̄ perspicuum est, non esse recipiendā

**4**  
In eucaristiā nō manere panē post consecrationem

illorē sententiam: qui astruunt post cōsecrationem manere substantiam panis simul cū corpore Christi, sub illius forma contento. & nihil præexistēs ibi ante cōsecrationem, desinere esse, sed qdā quasi consubstantiationem sive consistentiā corporis Christi & panis sub eadem forma uisibili fieri. Nā cum unum quippiā in aliud secundū substantiam conuersti dī: facta ea conuersione, non manet conuersa substātia cū ea in quam dicitur cōuersa. Ut cum uxor Loth conuersa legitur in statuam salis non mā sit tota mulieris illius sustantia cū ea statua, facta illa mutatione. Et cum uirga Moysi uera est colubrū, ubi diuino iussu projecta fuerat in terram: non simul fuit tota uirgæ illius substantia cum ipso colubro. Alioqui nulla ibi facta fuisset uersio: quod scripturæ sacræ uerbis aduersatur.

Demum cum diuina uirtute, aqua in nutrītiō facta est uinū: non superfuit aqua prioris substantia cū uino, in quod conuersa dicitur. Atqui testimonio officij ecclesiastici ab omnibus approbato, & multiplice sacror̄ scriptor̄ autoritate, mō cōmonstratum est: per uerba consecratoria panem in Christi corpus conuerti, & uinū in sanguinē eius preciosum. Non igitur manet tota panis substantia cum corpore Christi; sub eisdem proprietatibus accidētarīs panis, nec sustātia tota uini: cū eius sanguine. Alias nulla esset ibidem facta trāsmutatio, ueritate uerbor̄ Christi: quod om̄es sacri autores uno ore negant. Quocirca non est admittenda hīmōi cōsubstantiatio corporis Christi cum pane materiali: neq; impanatio eiusdem corporis, ut alior̄ utar uocabula: qui impanatum Christi corpus ponunt

Gene. 19

Exodi. 4:

Ioan. 2

& simul cum pane subsistens. Hanc autem assertio-  
nem erroneam de permanentia substantiae panis  
materialis cum corpore Christi & uini cum sanguini  
ne, post consecrationem: satis superque damnavit  
sacrosancta synodus Constantieni. in cōdemnatiōe  
huius primi articuli Ioannis Viclefi. Substantia pa-  
nis materialis, & similiter substantia uini materia-  
lis manet in sacramento altaris, ut supra in secundo  
capit. libri presentis: est dictum. Insuper ea ferme  
omnia quae per totum hunc librum ex sacris lite-  
ris, sanctionibus canoniceis, & orthodoxorum patrum  
sententijs hactenus sunt adducta: hanc etiam con-  
futant impiam positionem: ut non opus sit nouis  
rationibus aut testimonij ad ipsam amplius im-  
probandam. Eandem tamen pestilentem doctrinam:  
Lutherus cum suis affectatoribus resuscitasse no-  
scitur superioribus annis, inter cetera sua virule-  
ta letiferaque dogmata: ut ipsi ecclesiae catholicae  
(quam implacabili odio persequitur) hac etiam in  
parte aduersetur. ¶ Neque etiam probanda est illo-  
rum sententia, q[uod] dicunt q[uod] substantia quae fuit pri-  
mo panis: postea est caro Christi. Nam id ipsum fi-  
eri non posset: nisi deperdita forma panis, materia  
eius manens susciperet in se formam corporis Christi,  
& ab ea aniaretur. Quemadmodum cum substanz  
aeris fit aquae substantia: de perdita aeris for-  
ma substantifica, recipitur in illius materia, for-  
ma aquae. Et cum substantia ligni fit ignis: deper-  
ditur ligni forma, & eidem materia postea inest  
forma ignis. Non nam humana mens cōcipere posset  
aut intelligere: unam substantiam postea esse aliā  
sine facta prioris substantiae saltem secundum for-  
mam deperditione, cum sit impossibile, imo in-  
tellectu incomprehensibile, substantiam unam,

Syn. Coñ.

De hoc,  
amplius i  
ult. cap. li.  
sequentis.

S

In eucharis-  
tia, panē  
nō eē cor-  
pus Christi.

## DE SACRAMENTO

manentē omnino integrā, esse postea aliā substā-  
tiam ut unam prorsus & eandē rem: esse panē &  
simul corpus Christi, cādem quoq; esse aerem &  
aquam: unam deniq; substantiā esse lignū & ignē  
Naturali.n, conditione, ita illa sunt inter se diuersa:  
ut nullo mō unū esse possit aliud, ambobus in sua  
substantia integre manentibus. Vt igitur substā-  
tia q̄ fuit pri mo panis, postea sit corpus Christi:  
oporteret saltem formā substantiæ panis corrūpi,  
& deinde eidem materiæ panis subesse formā cor-  
poris Christi. Hoc aut̄ prorsus est absurdū. Nam  
rūc quotidie gloriose corpori christi noua adjice-  
tur materia: unde cōtinuum susciperet incremen-  
tum. Et certe iam in immensam excreuerit molē  
sacri illud corpus: si a tempore institutionis my-  
sterij eucharistiæ, tota hostiæ consecrataq; mate-  
ria, fuisset ipsi adiecta. Deberet itidem illa de no-  
uo animari ab anima rationali Christi: & uniri di-  
uinitati. & ita lōge maior esset pars sacri eius cor-  
poris quæ non fuisset sumpta de substantia sacra-  
tissimæ uirginis matris, sed per usum frequentem  
consecrationis illi ab extrinseco adueniens: quām  
ea quām accepisset de gloriose matris substantia,  
in qua passus fuisset morte & resurrexisset a mor-  
te. Sed quām ratione (obsecro) corpori iam glo-  
rioso, & dote immortalitatis atque impassibilita-  
tis adornato: fieret noua quotidie accessio mate-  
riæ! Repudiata igitur secundo loco ea sententia

6  
Fides ec-  
clesiæ, re-  
nēda de eu-  
charistiæ

quā tot sequuntur absurditates: hæc tertia est fir-  
miter amplectenda, q̄ per uerborum consecrati-  
onis prolationē, substantia panis desinit esse in eu-  
charistiæ: & manent solum eius accidentia, color,  
sapor, grauitas, figura, q̄titas & similia, sine subie-  
cto, & sub illis accidentiis icipit esse corpus Christi

Et quod tamen ipsis nequaquam afficitur. Et ita de uini secundum substantiam desitione, & sanguinis Christi subsistentia sub illis accidentarijs proprietatibus est dicendum.

Transubstantiationem in eucharistia: & ecclesiæ determinatione comprobari, & sanctoꝝ patrū graui authoritate. Cap XX

**H**anc autem conuersionis speciem, in fine præcedentis capitulis explicatam, & super omnes alias admirabilem: uocat ecclesia sancta & autores sacri, transubstantiationem. Quam esse diffinit conuersionem substantiæ totius in alteram totam substantiam: non habentem communem materiam cū priore. Quā sane omnino diversi esse gñis ab alijs conuersionibus, cum naturalib: r̄ supnaturalib: haud difficile conuincitur. Tū qđ in alijs (quæ nature fiunt lege) conuersionibus substancialibus: prioris substantiæ materia substerni ulū est & subiectum formæ, substantiæ posterioris, ut habeat succedens substantia, eandem communem materiam: cum præcedente. Quemadmo dum cum ex ligno sit ignis, materia ligni subster nitur atq; subiicitur formæ ignis producti: & manet integra: transmutatione facta. In hac uero conuersione panis in corpus Christi: non manet completa mutatione, materia panis, ut recipiat in se formam substancialē corporis Christi, sed tota de perditur simul cum forma panis: ut ibi sit totius substantiæ panis desitio. Tum etiam, quoniam in alijs etiam supra naturam factis conuersionibus accidentia prioris substantiæ non leguntur permanēsse in columnia post completam transmutationē:

I S

Quid transubstantiationis?

Transubstantiationis, ab alijs mutationibus, differentia.

## DE SACRAMENTO.

sed simul fuisse deperdita cum forma substantiali eiusdem substantiae. & illis successisse accidentia, productæ recenter substantiæ consentanea: & materia eiusdem sequentis substantiæ inhærentia.

Exod. 7.

Ioan. 5.

Vt cum flumina Aegypti in sanguinem fuerunt omnipotente dei uirtute transmutata, & aqua in uinum in nuptijs factis in Cana Galileæ: neq; hic aquæ accidentia manserunt in uino, neq; illic qualitates fluminis, in sanguine aut eius materia. Hic autem & in altissimo eucharistiae mysterio, prioris substantiæ permanet in sua integritate accidentia: deperdito ipsorum subiecto, Et cum nullum habeant succedens subiectum cui insint (nam sacro Christi corpori, eandem dino cunctur non inhaerere: neque ipsum denominare talibus affectu accidentibus) ipsa in sancta eucharistia, diuina uirtute (cui nihil est difficile, nihil impossibile) sine subiecto & per se subsistunt. Et ita cōmunem accidentium conditionem supergressa: euhuntur ad hunc dignitatis gradum, ut quandam substantiæ induant naturam, in ipsa per se subsistendi sorte: qua illa accidentia nobilitantur ¶ Tum denique, quia in alijs conuersionibus, unius esse solet substantiæ corruptio: & alterius generatio. Vt cum ex aëre sit aqua, aut ex ligno ignis: aut cum in uinum commutata fuit aqua, aut unda Aegypti in sanguinē. At uero in hac singulari & admirāda trānsmutatione: nō est panis proprie corruptio, qm̄ nō manet superstes eius materia, nec corporis Christi generatio: qm̄ in deperditæ substantiæ materia nō acquiritur eius forma. Quinimmo nec ipsius sacri corporis Christi est creatio: qm̄ ante cōsecrationē integrū subsistit in cœlo, & ita ad existentiā non producitur, licet nouo in eucharistia subsi-

In eucha-  
ristia nec  
generatio  
nem fieri  
nec corru-  
ptionem.

## EVCHARISTIAE II.

70

stat mō: utpote sacramētali. Neq; ipsius panis materialis in eucharistia ante existentis est annihilationē: q̄uis totius substantiæ iōsius oīmoda sitdesi-  
tio qm illi altera succedit sub iōsdem accidentibus licet sibi extrinsecis: substantia . Ad propriā autē annihilationis rationem id exigitur: quod huiusmo di omnimoda desitio substantiæ non terminetur in aliud ens, q̄ illi desidenti succedat. Sicut ad crea-  
tionis rationē illud exposcitur: q̄ omnino ex non ente, & non præexistēte aliquo tanquā productio nis illiū initio, qppiā progrediatur ad ortū Quo fit ut hæc transmutatio, extra omnium aliarū for-  
tem & aleam uideatur reponenda: quinimmo su-  
pra cæteras omnes, ob nouam iōsius & admirabi lem conditionem, iure collocanda, ut in qua deus  
(qui facit mirabilia magna solus) sua quotidie si-  
gna innouare: & omnificacē suam uirtutem o-  
stante dignatur. ¶ Hanc igitur inconcussa fide tenendam transubstantiationem, amplecti liben ter & profiteri debent omnes ecclesiæ sanctæ filij: qui nō uolunt a suæ matris aberrare uestigij, nec præscriptam sibi sacræ fidei regulam prætergredi. Enīmuero de sacramentis ecclesiasticis sentire de-  
bent omnes: quemadmodum ecclesia Romana cæ terarum omnium parens & princeps, de illis tenē dum prædicat, ut ex quinto libro epistolarum de cretaliū, titulo de hæreticis, cap. ad abolendam iuxta Lucij tertij canonem: supra est adductum.  
Atqui ipsa ecclesia catholica prædicat. & iā diu-  
tius determinauit: in consecratione eucharistiæ pa-  
nem transubstantiari in corpus Christi, & uinum  
in sanguinē. sicut est principio epistolarū earun-  
dē, titulo de summa trinitate & fide catholica, cap. Capi te, 3.  
firmiter credimus iuxta Innocētij tertij canonem

Nec crea-  
tionē: ne  
ānihilatio  
nē: in eu-  
charistiæ  
sacram  
to fieri.

Psal. 135.

Capite, 3.

Capi te, 3.

## DE SACRAMENTO

in concilio Lateranensi æditū: ante est probatum  
q'iem & hic repetere non piget. Ipse (inquit) Iesu  
Chrūs. sacerdos est & sacrificiū. cuius corpus &  
& uini ueraciter continetur: transubstantiatis pa-  
ne in corpus & uino in sanguinem, potestate diui-  
na. Hæc ibi. Nemini igitur licet (si fidē catholicā,  
uti debet, seruare uelit in uiolatam (transubstāta-  
tionem inficiari; aut nomē eius & rem abijcere, si  
cut utrūq; aspernatur & reijcit Oecolampadius.

Innocenti  
us tertius.

Quo mo-  
do in cōci-  
lio Late-  
renēsi trā  
substantia-  
tio fuit de-  
finita.

4 ¶ Veruntamen in prædicto Innocēti (ut uocant)  
symbolo: quod clarius quorundā credendorū ueri-  
tatem referat, quā in symbolo apostolorū, Niceno  
& Athanasij fuerat explicata: ecclesia ipsa p cele-  
brem illam & publicam suam decisionem, non fe-  
cit primo hanc ueram, q panis transubstantiatur  
in corpus Christi: cum illam ueritatem tunc tenen-  
dam sanxit. Sed eā, ab initio institutionis sanctissi-  
mi eucharistiæ sacramenti fuisse ueram declara-  
uit: quæ ante talem declarationem nō usq; adeo di-  
lucide fuerat explicata. Fuit enim illa, panis con-  
uertitur in corpus Christi & uinū in sanguinē: ab  
ipso primordio institutionis tanti mysterii, semp  
uera. sed nō fuit eius yitas tā manifeste prius de-  
prompta: sicut postea, ad cōfutandas hæreticorū  
uesanias. Per illam uero publicam concilii Late-  
ranensis definitionem, apertius manifestata est to-  
ti ecclesiæ, propositionis eius ueritas: quam ante  
semp habuit. & obstricti sunt arctius p eandē ec-  
clesiæ determinationē fideles: ad tenendā illius si-  
dei cōfessionem. Quemadmodū & in cōcilio Nice-  
no determinata fuit manifestius cōsubstantialitas  
filii dei cū p̄e: q̄uis hæc semp fuerit ante uera, fi-  
lius dei est consubstantialis patri, iuxta illud Chri-

EV CHARISTIAE. I. 71.

sti uerbū in euangelio. Ego & pater: unū sumus. Sed prædictæ propositionis ueritas, nō adeo clare prius expressa: ad reprimendas Arrianorū insani-as in eo cel. bri cōcilio fuit patētius explanata, eno datorq; redditā. Sicut igitur in sacrosancta syno do Nicena, prædicata fuit dilucidius & enunciata filii dei cū patre cōsubstantialitas: ante nō tā plane enucleata & reclusa. ita & in cōcilio illo Lateranē sisub Innocētio tertio, palā & expresse declarata est totius ecclesiæ autoritate, trāsubstatiatio pa-nis in corpus Christi & uini in sanguinem, in sa-crā eucharistia: quæ prius non ita aperte detecta fuerat & reserata. Porro nō fuerit hic incōgru-um, hanc ecclesiæ determinationē de fide transubstantiationis in eucharistia, firmiter tenenda: non nullis illustriū authōrū testimoniis cōfirmare. Et in primis eximii patris Anselmi: qui in epistola li-minari sui operis de corpore & sanguine dñi, ait. Cum ad benedictiones mysticas opante inuisibili-ter uerbo dei, corpus in corpus, substantia mutata sit in substantiam: sicut in mensa nuptiali aqua in uinum mutata, solū affuit uinū, in quod aqua mu-tata erat: sic in mensa altaris solū adest corpus do-mini, in quod uere mutata est uera panis substan-tia. Nisi q; de aqua: nihil remansit in mutatiōe illa-tia. Ambro. Ne (inquit) horror crux fieret. ideo in similitudine accipimus sacramentū. Idem etiam Anselmus in opere supra dicto: ait circa principi-um. Similitudo illa panis, q; in altari carnis se oculis ingerit: per se inspecta, non est corpus dñi. Sed cū esset quiddā priori simile, id est, pani inhærens uel accidens; migrante in corpus dominicum sub

Ioan. Io

Anselmus

Ioan. 2

Ambroſi.

Anselmus

## DE SACRAMENTO.

stantia, cui inhærebat, remansit ad peragendum  
sacri institutū mysterij. Quod qđem contra ūsum  
& rationē est mūdanæ sapientiæ: ut sublata substanciæ,  
substantiæ accidens subsistat. Sed legi naturæ  
non subiacet deus: imo ipsius legis lex, est creator  
suis. pōtq; accidētia subducto substantiæ funda-  
mento uel cōtinere, uel in aliā trāsserre substantiæ  
q; terram uel secundum unum prophetam appen-  
dit in nihilo. uel secundū alīū: sup maria fundavit  
eam, & super flumina præparauit eam. Et paulo  
post, idē probatus author subnectit ibidē. Est igitur  
in mysterijs uera dñici corporis substantia; sed  
absq; uisibili specie sua. & est uera species uisibilis  
panis: sed absq; substantia sua. Vnde beatus Au-  
gusti. Quod (inquit) uides in altari: panis est & ca-  
lix quod nobis renunciant oculi nři. quod autē fi-  
des postulat instruenda: panis, corpus est Christi,  
& uinum. sanguinis est Christi. Et Ambrosius.  
Vt sint: & in aliud cōmutentur. Nihil em̄ falsum  
putandum est in sacrificio ueritatis, uel sicut fit in  
magnoꝝ præstigijs: ubi delusione quadam fallun-  
tur oculi, ut uideatur illis esse, quod non est omni-  
no. Sed uera species uisibilis panis quæ fuit in pa-  
ne ipsa facta præter substantiam suam, quadam  
modo in aliena pegrinatur, contenente eam qui  
fecit eam: & ad suum transferente corpus: Quæ ta-  
men translata ad corpus domini: non eo modo se  
habet ad illud, sicut accidens ad substantiam. q; a  
corpus domini in substantia sua: nec album efficit  
albedo illa, nec rotūdum rotūditas: siccq; de religi-

6 Hæc Anselmus. ¶ Cui cōsonat omnino eximius  
Hugo de pater Hugo de sancto Victore: in secundi libri de  
sancto Vi sacramentis parte octaua, illiusq; partis capite no-  
tore. no, in hūc modū. Per uerba sanctificationis, uera

Iob. 26.

Psal. 25.

Idem An-  
selmus.

Augusti.

Ambrosi.

panis & uera uini substātia; in uerē corpus & san-  
guinē Christi cōuertitur. sola specie panis & ui-  
ni remanēte: & substantia in substantiā transeunte  
Conversio aut̄ ipsa: nō secundū unionē, sed secū-  
dum transitio nem credenda est Quoniam nequa-  
quam essentia: in essentiā augmētum accedit. ut  
p id quod accedit id ad quod accedit, maius fiat.  
Sed transitione, ut id quod accedit: cū illo ad quod  
accedit, unū fiat. Nec sic in pane, corpus Christi  
cōsecrari dicimus: ut de pane, corpus Christi, esse  
accipiat. nec q̄si nouū corpus, subito factū de mu-  
tata essentia: sed in ipsum corpus uerē mutatā es-  
sentia. Nec ipsam substantiam panis & uini in ni-  
hilū redactam: q̄a desijt esse quod fuit. sed mutatā  
potius: q̄a cōepit esse aliud, quod non fuit Et ipsum  
quod cōepit ei se: ex ea esse nō recepit, q̄a prius pa-  
nis fuit. sed ipsa, eius esse accepit: quando desijt es-  
se quod fuit. Hoc expressius distinximus propter  
eos: qui ex sua ratione, fidei præiudicium faciunt  
& sensu suo incedentes asserere nituntur: uel hoc  
esse solum quod cernitur, uel tale esse quod credi  
tur. Hoc est, quia sola panis & uini species cerni  
tur: solam ibi esse panis & uini substantiam. uel  
quia ibi substantia corporis & sanguinis Christi  
reditur: possibiliter ei inesse speciem & qualitatē  
panis & uini, quae cernitur. Quasi non possit spe-  
cies apparere: cuius non affit substantia. uel sub-  
stantia latere: cuius non appetit forma. Hæc il-  
le. Accedit his & Augustinus, in libro de corpore  
& sanguine domini, dicēs: Non dubitare debet a-  
liqs, cū panis & uinū consecrantur: ipsa transmu-  
tari in ueram substantiā Christi, ita ut nō rema-  
neat substātia panis uel uini. cū multa alia etiā in  
ogibus dei; non minus miranda uideamus. Homi-

Hæc uer-  
ba Hugo-  
nis sunt sū  
mope an-  
notanda

Augusti.

## DE SACRAMENTO

nem enim substantialiter mutat deus in lapidem:  
ut uxorem Loth, & in parvo artificio homis: fo-  
rum & filicem in uitæ. Nec credendū est: q̄ sub-  
stātia panis uel uini remaneat sed panis in corpus  
Christi & uinū in sanguinē conuertitur: solūmō  
q̄ualitatibus panis & uini remanētibus. ¶ Nec  
ab horæ sacror̄ patr̄ sententia discrepat Eusebius  
Emisenus: dicens. Sicut q̄cūq; ad fidē ueniens, an  
te uerba baptismi: achuc in uinculo est ueteris de-  
biti. his uero commemoratis: mox exuitur omni  
fece peccati. Ita quādō benedicendæ uerbis cœle-  
stibus creaturæ, sacrīs altarib. imponūtur anteq;  
inuocatione summi nominis cōfacentur substā-  
tia illic est panis & uini. post uerba aut̄ Christi:  
corpus est & sanguis Christi. Quid aut̄ mir̄ est, si  
ea quæ potuit uerbo creare: uerbo possit creata  
conuertere? Rursum idem. Quanta itaq; & quam  
celebranda beneficia, uis diuinæ benedictionis o-  
peretur: attende. Et ut tibi nouum & impossibi-  
le non debeat uideri, quod in Christi substātiā  
terrena & mortalia commutantur: te ipsum inter-  
roga. Sicut enim sine corporali sensu, præterita  
uilitate deposita: subito nouam idutus es dnigita-  
tem, & sicut hoc, quod in te deus leſa curauit, in-  
fecta diluit, maculata deterſit: non oculis sed sen-  
sibus tuis sunt credita. Ita & cum reuerendum  
ſacr̄ dei corpus & sanguinem tide respice, hono-  
ra, mirare. Hæc ille. Quamuis aut̄ nōnullæ parti-  
pioribus huius libri locis etiā prolatæ fuerint: eas  
tamē hic repetitas uolui, ut cæteris qb. inserūtur  
sententijs annexæ: integrām redderent & totā ex  
petiti testimonij sententiam. Demū quonam pacto

Gene. 19.

Eusebius.  
Emisenus

Idem.

EVCHARISTIAE. I.

73

articulus ille transubstantiationis & subsistentiae  
accidentium sine subiecto, in sacra eucharistia, ex  
sacra literarum fonte euangelicoque testimonio re-  
cta ratiocinatione deducatur: eximius autor, erudi-  
tioneque praeclarus, Thomas Vualden: circa finem

Thomas  
Vualden

septuagesimiquinti cap. sui libri de sacrament. lu-

culenter & egregie demonstrat.

**¶** Quis horum Christi uerborum, hoc est cor-  
pus meum, proprius est sensus: & quomo-  
do illorum uirtute: fit cōsecratio sanctae eu-  
charistiae.

Cap. XXII,

**D**Emum id su perest disquirendū: qua  
uirtute & efficacia fiat h̄mōi trāsmu-  
tatio, & accidentiū sine subiecto per-  
manentia, in ipsa cōsecratione eucha-  
ristiae. Et paucis tñndendum est: hæc  
omnia fieri uirtute uerborum Christi, ad perficien-  
dam huiusmodi consecrationem, ab ipso designa-  
torum Quibus integre a sacerdote prolati, non qui-  
dem in sua sed Christi loquentis persona: mox ad-  
miranda perficitur hæc (quā ante explicauimus)  
transmutatio. Ut in fine prolationis uerborum sup  
hostiam sacram: conuertatur panis in uerum Christi  
corpus, & finita pronunciatione uerborum ad con-  
secrationem calicis accommodatorum: subito uinū  
in preciosum Christi sanguinem sic conuersum.  
Ad quod fidelibus persuadendum, non rōnibus phi-  
losophicis aut demonstratorijs opus est: sed sola et  
solida fide catholica, quia profiteatur non esse impos-  
sibile apud deum omne uerbum. & firmiter tene-  
at, quia sicut omnipotēti dei uerbo producta sunt o-  
mnia quia ante nō fuerant; ita uirtute eiusdem inef-

Lucas. I.

K Gene. I.

## DE SACRAMENTO

fabili, q̄ subsistunt, in alia transmutari posse, pro  
benelacito suæ uoluntatis. Dedit. n. uoci suæ dñs  
uocem uirtutis: & omni efficacem uim agendi q̄  
uoluerit. atq; (ut ait Ecclesiast.) sermo illius: pote  
state plenus est. ¶ si quis obiecit. Sicut i prin  
cipio aut circa medium prolationis eorum uerbor,  
transmutatio illa non fit: qm̄ necdum perfecta est  
ořo, & nondum ex omnibus suis partibus cōpa  
cta propositio. ita pronunciatiōe illius cōpleta, cō  
versionem illam fieri non posse illorū uirtute uer  
bor: qm̄ iā tota desit oratio atq; defluxit, ob  
succiuam & transitoriam uocis conditionem, q̄ cū  
primū prolatā est: protinus tenues iranescit in au  
ras. Et hoc pacto nullū uidetur assignari posse tē  
pus aut momentum quo fiat huiusmodi permuta  
tio: si fieri cēleatur uirtute prolationis uerborum,  
consecrationi faciundæ assignatorum. ¶ Adhiben  
da illi est responsio, uoces quidem ipsas consecratio  
rias: euanidas esse & occiduas. atq; tum solum eas  
subsistere: cū a loquente proferuntur. Virtus tñ dei  
per uoces illas operatoria, permanens est & xter  
na: neq; minus efficax desitis uocibus, atq; si inco  
lumes adhuc persisteret. Proinde cooperatoria uo  
cibus pronunciantis, dei uirtute, interitus & occa  
sus nescia: in puncto atq; articulo perfectæ prola  
tionis, hæc fit trāsmutatio panis & uini in corpus  
& sanguinem Christi. Quemadmodum B. Augu  
stinus in libro 19. contra Faustum, cap. 16. de uer  
bis sacramentalibus consimilem profert sententi  
am, dicens: Quid sunt aliud, quæq; corporalia sa  
cramenta: nisi quædam quasi uerba uisibilia? sa  
crosancta quidem: ueruntamen mutabilia & tem  
poralia. Deus enim æternus est: nec tamen aqua et  
omnis illa actio corporalis quæ agitur cum bapti  
zamus, & fit, & transit; æterna est. Vbi rursus eti?

Psal. 67  
Eccl. 8

2.

Obiectio  
nis dilutio

Augusti.

EVCHARISTIAE. I. 74

EVCHARISTIAE. I. 74

am illæ syllabæ celeriter sonantes & transfeuntes,  
cum dicitur deus: nisi dicantur, non consecratur.  
Hæc omnia, fiunt & transfeunt: sonant & transfe-  
unt. Virtus tamen quæ per ista operatur: iugiter  
manet, & donum spirituale quod per ista insinua-  
tur: æternum est. Hæc ille.

¶ Quis hor<sup>e</sup>  
dñi uerbo  
rū sensus,  
hoc ē cor-  
pus meū.

K 2

## DE SACRAMENTO

sumuntur: est uera. Hanc autem uerbor<sup>e</sup> dñi intel-  
ligētiā, & ipsa glossa interlinearis insinuat Mat-  
th<sup>e</sup>. 26. cap. pronomen illud demonstratiū ita  
explicans. Hoc, quod sub specie panis uidetur; est  
corpus meum. Et eadem glossa Lucae 22. capit. in  
hunc modum a priore non dissimilē, explanat ean  
dem p̄ticulam demonstratoriam. Hoc, quod sub  
specie panis appetet: est corpus meum. In utrāq;  
tamen expositione: uerba pr̄sentis temporis, ui-  
detur, appetet, & est: referenda sunt ad punctum il-  
lud & momentum temporis, quod ipsam claudit  
uerbor<sup>e</sup> dominicor<sup>e</sup> a sacerdote prolationem, qm̄  
tunc primum & non anteriore temporis articulo.  
uer<sup>e</sup> Christi corpus, sub specie panis illuc uidetur,  
appetet, & cōtinetur.

Eodē quoq; prorsus mō  
intelligenda sunt uerba, calicis sacri consecratio  
Hic est calix sanguinis mei, quod tantundem ua-  
let: atq; si quis dixerit. hic est calix: sanguinē meū  
specie uini occultatum uere continens. Quod sane  
dictum: uerissimum est, sicut & ab ore summæ ue-  
ritatis prolatum. attendendo tempus, fini prolati-  
onis eorū uerborū adiacens: & non pr̄cedēs. Qm̄  
(ut mō dictum est) in tempore prolationis, finem  
eorū uerborū antecedente: ne cum facta est panis  
in corpus, & uini in sanguinem Christi conuersio  
sed in extremo pronunciationis illius articulo, re-  
pente & subitarie fit: immensa illa Dei potesta-  
te, quae mora temporis non indiget in admirandis  
carduis operibus. Nescit enim (ut ait Ambros.) carda-  
molimina: spiritus sancti gratia. Hoc aut̄ sacramē-  
tum quod in altari conficitur: uirtute spiritus san-  
cti potissimum perficitur. cuius gratia operatoria  
admirabilis illius mysterij: inuocatur a sacerdote sa-  
cra faciente, circa ipsius missæ offertoriū; his uer-

Matt. 26.

Luc<sup>a</sup>. 22.

4  
Quis hor<sup>e</sup>  
uerborum  
sensus. hic  
ē calix san-  
guis mei.

Ambrosi.



bis aut cōsimilibus. Veni inuisibilis sanctificator,  
sancte spūs: ueni, sanctifica hoc sacrificiū, ad ho-  
norem nominis tui præparatum, in nomine patris  
& filij, & spiritus sancti, Amē: Vnde ex adductis  
sparsim in anterioribus huius libri locis sanctorū  
patr̄ autoritatibus, constat hanc unam eorū oīm  
esse sententiam: q̄ uirtute immensa atq̄ efficacissi-  
ma spiritus sancti, sit per uerborū consecrationis  
prolationem conuersio supra omnem naturæ mo-  
dum, panis in uer̄ Christi corpus, & uini in san-  
guinem. ¶ Porro hic uerborū consecrationis &  
panis & calicis sensus, mō assignatus: non mō ec-  
clesiæ sanctæ & sacrorū intelligentiæ, pie-  
tatiq̄ fidei est cōsentaneus: sed & facilis est captu  
& idoneus ad mille anfractus, ambages, & scopu  
los errorū intricataq̄ quæstionum deuitandos.  
Nihil enim scrupuli relinquunt amplectenti hāc  
mō propositam explanationē: neq̄ quicq̄ occur-  
rit obuium aut interuenit perplexum, quod ueri-  
tatem offendat aut sacram lādat religionem. Q̄  
si quis pergit ea uerba panis consecratoria, cum  
Oecolampadio exponere in hanc formā. Hoc est  
corpus meum, id est, hoc significat corpus meū,  
uel: hoc est figura corporis mei. demonstrato per  
id pronomen hoc, pane illo materiali: quem aſſe-  
rit post peractam consecrationem manere secun-  
dum ſubſtatiā, perinde atq̄ ante eam fuerat, nul-  
la proſuſ in eo demutatio facta: pŕimū in hoc  
incidit impietatis barathr̄, q̄ abnegat uer̄ Chri-  
ſti corpus post consecrationem ſub forma panis re-  
iſpa contineri: ſed ſolum ibidem afferit eſte panem  
materiale & frumentarium: qui ſit figura, ſignū  
& repræſentatio corporis Christi paſſi pro nobis  
& nunc ad dexteram patris in coelo confidentis.

K 5

Invocatio  
fa. spūs in  
missa fieri  
solita.

Expoñis  
uerborum  
dñi, ab Oe-  
colamp. aſ-  
signatæ cō-  
futatio,

## DE SACRAMENTO

Quod plane impium dogma: per totum hūc lib̄e  
multipliciter elīsum est & confutatū. Deinde in-  
tempestiuū illum, & importunum esse tropum  
(iuxta quem: uerba prædicta uolunt aduersarij in-  
telligi) liqitido produnt subsequentia Christi uer-  
ba, de corpore quidem: continuo subnectentis. qđ  
pro uobis tradetur. de sanguie uero, qui pro uobis  
& pro multis effundetur. Ea siquidem uerba, non  
figuræ corporis aut signo sacri sanguinis, cōpetere  
queunt: sed uero tñ corpori, & uero itidem san-  
guini. Verum nanc̄ Christi corpus: pro nobis in  
mortem traditum est. & uerus etiam eius sanguis  
(non figura illius, aut signum) pro nobis effusus  
est in remissionem peccator̄. Cōstat igitur omni  
ex parte(ut supra etiam est dictum) Oecolampa-  
dianam illam expositionem: ueritati nequaç̄ co-  
hærere. ¶ Sed lōge magis abhorret a uero, absurdi  
orque censeri debet alior̄ sententia: qua censem in  
hiſce uerbis: Hoc est corpus meum, Christū pro-  
nomine illo hoc, nequaç̄ demonstrasse suum cor-  
pus sub speciebus panis contentum: necç̄ panē il-  
lum materialem, quem manu tenebat. sed propri-  
um suum corpus in mensa recumbens: & sub mē-  
broꝝ distinctione diſcipulis conspicuum. Haud  
aliter c̄ Iudeis ante dicens: soluite templum hoc,  
pronominē hoc, suum ostendit corpus: sac̄̄ deita-  
tis tēplum . quoda Iudeis per mortem, animac̄  
disseparationem erat soluēdum. Et ita cum de san-  
guine dñs noster in coena sermonem hunc subte-  
xuit: hic est calix sanguinis mei, proprium sui cor-  
poris uenis contentum sanguinem sub forma uisi-  
bili, demonstrasse ipsum cōtendunt hi improbi do-  
gmatist̄: ut abnegent ueritatē dominici corpo-  
ris & sanguinis in eucharistia. Verz si id aſtrucere

Mat. 26

Absurda  
corundem  
dñi uerbo  
rū exposi-  
tio: ab alijs  
conficta

Ioan. 2

6

pergant; consequens est eos afferere etiam debere,  
q̄ cum dñs ante dixit apostolis, accepto pane: Ac  
cipite & manducate ex hoc omnes: ipsum eo pro-  
nomine etiam demonstrasse suū ipsius corpus men-  
sæ accumbens, & oculis discipulorū obiectum. Et  
ita ipsis dixisse: q̄ ex illo suo corpe discipuli man-  
ducarent, singuli scilicet abreptam corporis illius  
in frusta dilaniandi particulam: ritu feraꝝ. Ean-  
dem enim prorsus rem demonstrat pronomine hoc,  
in priore illa uerborū domini parte: manducate ex  
hoc omnes. & in hac posteriore: continuo subse-  
quente, hoc est corpus meum. Coguntur itidem hi  
noui uerborū domini expositores admittere: q̄ cū  
orrecto calice dixit ipse discipulis suis: Accipite  
& bibite ex hoc omnes, ipsum eo pronomine eti-  
am demonstrasse suum preciosum sanguinem: in  
corporis sui, discipulorū obtutibus obuij uenis, di-  
stincte & materialiter consistentem, dixisseq;, ut  
illum suis extractum receptaculis crudum & sub  
propria crux formâ biberent, quandoquidē ea-  
dem prorsus res demonstratur pronomine hoc, in  
prioribus illis domini nostri uerbis. bibite ex hoc  
omnes. & in his posterioribus, hic est sanguis me-  
us. Sed quis hanc non exhorreat & detestetur ex-  
tremam impietatem: q̄ Christus Thyestæam at-  
que Diomedæam nobis mensam proposuerit, uo-  
lueritq; a discipulis suis carnē suam in particulas  
discissam: Anthropophagorū aut Cyclopum mo-  
re manducari, & sanguinem suum sub forma pro-  
pria visibilic; sanguinis potari? cum ab hac crassa  
& stulta intelligentia, tantopere studuerit Christus  
Capharnaitas & discipulos suos (quibus durus ui-  
debatur eius sermo) abducere: & ad rectum suorū  
uerborū sensum eosdem reuocare, Nulla certe alia

Matt. 16.

Cōfutatio  
expositio-  
nis: postre  
modatæ

Ioan. 6

K 4

## DE SACRAMENTO

cōfutatione indiget hæc secundo loco adducta nō nullorū aduersariorū expositio: quam cōsecurorū dñi uerbis assignant. Nam extrema hæc absurditas & impietas, ipsam e directo consequens. satis superq; eandem damnat & explodit. ¶ Cæterum nunc claudendus est nobis huius libri sermo: q; ea sufficienter iam discussa hic uidentur, quæ ad subjectam pertinent materiam, propriūq; animi nostri institutum: utpote ad astruendam contra aduersarios dñici corporis & sanguinis in eucharistia ueritatem. Quam consolidare uteunq; sumus annixi, primū sanctæ scripturæ tam ueteris q; noui testamenti autoritate: adhibitis sacrorū interpres tum in eosdem locos explanationibus. Secundo, canonicas sanctionum testimonij: ex illustrium scriptorū ecclesiæ doctorū operibus, citatis. Tertio uero loco, antiquorum & insignium autorum sacrorum sententijs: ex diuersis ipsorum scriptis, affatim adductis. Quarto deniq; ordine, idem construere sumus conati: ex ipsa ecclesiæ diutina observatione: assiduo usu comprobata. Postremo autem, ex ritu adorationis Eucharistie publico: & institutione festi corporis Christi: Non diffiteor equidem multo plura & sublimiora de hoc excel lentissimo sacri corporis, & sanguinis Christi mysterio afferri posse: quod humano ingenio cōmen dari satis & explicari nequit. Verum ea ut minus proposito nostro congruentia, hic prætermittenda duximus: & ab alijs sacris autoribus (qui plenis & explicatis uelis: illud æquor sunt emensi) potius exquirenda. Quales sunt eximiū patres: Ambro, in lib. de initiandis mysteriis, & postremis suis libris de sacramentis, Guilhelmus Parisien. in opere suo diffuso de sacramentis, Hugo de S. V

Epilo. eorū  
q; i hoc li-  
bro suū  
prætractata.

Ambrosi.

Guilh. Pa.

Hugo de

S. Victore

## DE SACRAMENTO

Scriptore: in tota sui secundi libri de sacramentis, parte octaua, & complures alii id genus scriptores sacris: supra nominati. Insuper sacrarum literarum eruditione clarissimi viri: Alexander de Ales, Thomas Aquinas, Bonaventura: in suis sup quarum sententiarum librum commentarijs & summis theologicis; Gabriel biel: in sua expositione luculenta de canone missæ. & cæteri doctores scholastici: qui in suis lucubrationibus disceptatorijs, exactissime & amplissime materiam totam de uenerabili eucharistiæ sacramento pertractarunt. Ex quorum diligentí lectione, ueritatis dinoscendæ studiosus uberior hauriet: quæ ad locupletiorem huius altissimi mysterij pertinent notionem, & ad augustinorem dei nostri, in tanto ac tali munere nobis induito, uenerationem. Cui sit honor & gloria: atque gratiarum actio: in sæcula, sæculo rum. Amen.

Alexan.  
de Ales.  
Thomas  
Aquinas.  
Bonauen-  
tura.  
Gabriel  
Biel.

## PRIMI LIBRI DE SACRAMENTO ECHARISTIAE, contra Oecolampadium: finis.

K,

## DE SACRAMENTO

DE SACRAMENTO EUCHA  
ristiae contra Oecolampodium, liber secundus: ra  
tiones Oecolampadianas, contra ueritatem domi  
nici corporis & sanguinis in eucharistia, obie  
ctas dissoluens.

¶ Magnum in sacro eucharistiae mysterio  
esse miraculum: neq; illud alia indigere atte  
statione quam euangelij, in quo idipsū pla  
ne explicatur.

Cap. I.



Vi magnum segetis prouētū ex agro  
diligēter exculto colligere satagit, nō  
mō sedulā nauat operā ut bonū sulcis  
illius mādet semen: uerum etiam soli  
citus inuigilat, ut succrescentes herbæ  
noxiæ mirelx lolium lapæq; & tribuli euellantur  
ne surgentem suffocent segetem & opprimant. Si  
præterea uepres, lentes aut frutices innascātur ar  
vis quibus cōmendatum est tritici semen: summo  
studio curat colonus spinas omnes & nocuia uir  
gulta protinus succidi. ne sint impedimento ex  
orientibus culmis: expectata p messe illum desfrau  
dent. Haud secus qui spirituale ueritatis catholicæ  
semē, fidelium cordibus tanquam foecundis agris  
inserere studuerit: magnopere debet eniti, ne ini  
micus homo superseminet illis zizania errorum  
& sterile grame, ne increscant etiam ipsis aculea  
tæ spinae aut arbusta senticosa prauorum dogma  
tū. Proinde tricas omnes atq; argutias aduersario  
rum ueritatis, quas objiciunt in partem aduersā  
sam spiritualis ille seminator dissoluat oportet ut  
acuta uerae doctrinæ falce, excisis uepribus captio  
num, syncæræ fidei repugnantium; commissū ar

Matth. 13.

uis animatis sacrū illud semen, copiosum deniq;  
proferat & salutarem honorum operum fructū.  
Itaq; post iacta multiplicium rationum semina  
in præcedente libro, ad radicandam in pijs menti-  
bus fidem de ueritate corporis & sanguinis domi-  
ni in sacramento altaris: elaborandum nunc est ut  
extirpentur superiecta illis, ab hostibus sanctæ eu-  
charistiax, zizania: illorumq; rationes, certo quo-  
dā ordine diluantur. ¶ Ad quod commodius effi-  
ciundū, ex opusculo illo Oecolampadiano q; im-  
probamus, obiectiones (ea, qua sparsī inibi ponū  
tur, serie: a uertice libelli eiusdē ad calcē usq;) fin-  
gulatim colligemus: & suam cuiq; eaꝝ dissolutio-  
nē (ut nobis indulserit deus) subnecemus. Neque  
semper nobis erit studiū, v̄ba ipsius eo quo ponū  
tur contextuadūm referre: quamuis cōpluri-  
bus in locis id facturi simus. Quoniam interdum  
uis ipsa ratiocinationis, ut sit agtior & enuclea-  
tor: exposcer aut addi aliquid aut detrahi illi uer-  
borum contextui, quem habet illius codex: quod  
integritati ipsius argumentationis nequaquam of-  
ficiet, modo sententia ipsius non euarietur nec de-  
mutetur. A qua neutiquam aberrare & discedere  
summopere laborabimus: sed in columnen ipsam,  
& integrām studiole lectori reddere. quo percī-  
piamur illi e directo congregri: & ex æquo contra  
pugnare. ¶ Est igitur hæc: prima Oecolampadij 5  
objec̄tio. Si in eucharistia, uere contineretur Chri-  
sti corpus, per conuersionem panis in ipsum: id in  
gentis miraculi loco esset habendum & ut, tale im-  
pensius prædicādum. Atquin nullum in tali myste-  
rio censeri debet miraculū. Tum quia Augusti. 22  
in tertio libro de trinitate, capite decimodigerit in  
ordinem, nouem genera miraculorū & signorum 22

<sup>2</sup>  
Secūdiū  
ius libri  
materia,

## DE SACRAMENTO

Augu. " quæ diuinitatis aliqd sensibus annunciet'. Sub nul-  
lo autem illorū, cōprehenditur tale miraculum:  
quale in eucharistia prædicatur. Tum etiā, q̄a Au-  
gusti in catalogo mirabilium sacræ scripturæ:il-  
lud de eucharistia miraculū obticuit. Gregorius  
Gregori, " itidem Nazanzenus q̄ miracula euangelistarū nu-  
meris cōplexus est; nullam etiam illius, q̄ in eu-  
charistia fieri dicitur, miraculi facit mētionē. Tū  
meritis cōplexus est; nullam etiam illius, q̄ in eu-  
charistia fieri dicitur, miraculi facit mētionē. Tū  
deniq; q̄ apud solidos theologos receptum est:  
non esse celebranda miracula, q̄ canonitarum scri-  
pturarū authoritate nō commendantur. At si cor-  
pus Christi realiter esset in altari: plus miraculi in  
uno pane haberetur, q̄b in ullis dei operibus, fieret  
que illa nō semel: ut mundi creatio uel mortuorū  
resuscitatio, non quotidie: ut in deserto, manna  
Exod. 16, pluia, non certo tempore: ut in probatica piscina  
Ioan. 5, salutifer aquæ motus, sed quotidie, s̄apius, & in-  
numeris in locis. Tanta autem miraculorū mul-  
tiplicatione: quid opus est! Non est igitur: illi cha-  
pendum miraculum. Hęc Oecolampadius. ¶ Ref  
& eminens debet haberi & prædicari in eucha-  
ristia miraculum: quod ad uerba Christi per sacer-  
dotem prolata, panis in Christi corpus conuerta-  
tur. quod item desinente omnino panis substāta-  
eius accidentia sine subiecto permaneant integra.  
q̄ deniq; sub illis, uere & secundum corporalem  
præsentiam subsistat Christi corpus: modo quidē  
ineloquibili & ineffabili, & quo suæ placitum est  
optimæ uolūtati. Ad illud itaq; q̄ ex Augustino  
respōsio, Augustinū ea solū miracula ibidē anno  
fuisse: q̄ a deo, angelorū uel hominum ministerio  
sunt; non autem ea, quæ nulla causa secunda pro-



prie cooperante, agit diuina uirtus. Quod satis in  
 sinuat ipse titu. capiti illi decimo, tertii libri de tri-  
 nitate præfixus: & totam illius capitinis sententiā  
 paucis cōstringēs, hoc pacto. Designificatiōibus  
 qđ manifestandam uoluntatē dei: siue p̄ hoīes, si  
 ue p̄ angelos ministrantur. Sic ibi. Sacramentū au-  
 té eucharistiae, non humana aut angelica sit uirtu-  
 te: sed diuina: & uerbis Christi, sicut & institutū  
 est: q̄ Christi humano ministerio sacerdotaliq̄ officio  
 cōsecretur ac celebretur: nō tñ cōfidentis pot-  
 estate sit sacerdotis, sed sola efficacia & ui potētifi-  
 ca Christi: ad prælationē uerborq̄ consecrationis,  
 operatoria. Quare hoc ipsum miraculū, cēseri nō  
 debet nec reponi in eorū numero ac sorte miracu-  
 lorū de quibus ibidem agit Augusti. Præterea, id  
 argumētandi genus q̄ hic ab Oecolampadio pro-  
 ponitur: haud magno negocio a nobis refelli po-  
 test. Nam Augustinus neq̄ creationem mundi ex  
 nihilo, neque incarnationem domini, nec inteme-  
 ratæ uirginis conceptum & partum, nec resurre-  
 ctionem ex mortuis: comprehendit sub illis mo-  
 dis ibi positis. Nūnquid tamen idcirco illa habe-  
 ri non debent miracula, admirandaq̄ diuinæ uir-  
 tutis signa: naturæ metas transcendentia? Dein-  
 ceps ad Augustinū in libro de mirabilibus sacræ  
 scripture, & Gregorium Nazan̄ enum in carmi  
 nibus euangelica miracula referentibus: adhiben-  
 da est brevis hæc responsio. inualidam eē argumē-  
 tationem: ab authoritate quippiam negatiue con-  
 cludentem, ut norunt primis dialecticæ rudimen-  
 tis imbuti. Proinde ab eo quod nec unus illorū au-  
 thorū nec alter in suis dictis operibus meminerit  
 miraculi quod i eucharistia prædicamus: infirmū  
 sumitur argumentū, q̄ idcirco inter miracula nō

Augusti.

Georgius

S

## DE SACRAMENTO.

debeat illud collocari. Neque enim oia particula  
tim miracula, in ante dictis locis recensere studue  
runt duo illi sancti patres: sed illa potissimum, q̄ ocul  
lis subiecta apertam habuerunt facti evidentiam  
reic̄ gestae manifestationē. Quale nec est hoc in  
eucharistia miraculū, q̄ oculos corporis oīto la  
tet: & solis interioribus oculis aīæ, lumine fidei il  
lustratis patet. ¶ Demū, q̄ tertio in hac obiectionē  
ponitur loco, nō esse recipienda miracula quae cano  
nicar̄ scripturar̄ authoritate non probantur &  
cōmendantur: haudquaq̄ est tribuendū. Quoniā  
tunc nulla essent admittenda miracula: nisi quae  
in sacris literis aperte cōtinentur. quod manifeste  
repugnat illi sententiæ euangelicæ: quam ita scri  
bit Ioānes. Multa quidem & alia signa fecit Iesus  
in conspectu discipulor̄ suor̄: quae non sunt scri  
pta in libro hoc. Nulla identidem de sanctis essent  
recipienda nobis miracula: in sacrum literarum  
pagina nequaquam expressa. quantumcunq̄ pro  
bati authores & grauissimæ authoritatis, ea cō  
scripserint: & quantumlibet ecclesia sancta in suo  
officio illa approbauerit. quoniam canonicarum  
scripturarum authoritate non commendātur: ne  
que in ipso sacrarum literarum contextu expres  
se continentur: Hoc aut̄, omnino erroneum est &  
impium: totamq̄ eneruans atq̄ confundens eccl  
esiasticam autoritatem. ¶ Nihil o secius & istud  
qd tantope celebramus eucharistiae miraculum  
hibemus canonicaq̄ scripturar̄ authoritate cō  
mendari, atq̄ in illis explicari. utpote in euangeli  
ca Matthæi, Marci & Lucæ lectiōe: & in primæ  
ad Corinthios epistolæ cōformi narratione. In q̄  
bus locis cū uniformiter dictum sit, q̄ Christus ac  
ceptū panē benedixit & frēgit: deditq̄ discipulis

Ioan. 20.

7

Matth. 26

Marci. 14

Lucæ. 22

I.corin. 11.

fris, dicens. Hoc est corpus meū: quod pro iobis tradetur. nōne insinuatur ipse diuinā sua uirtute tunc panē in suū corpus permutasſe: quod reuera insigne est miraculū. Atq; p huiusmodi conuersio nē, necesse fuerit totā panis substantiā deliſiſſe: eidē que sib; sensibilibus illis speciebus Christi corpus ſucessiſſe. alioq; nō fuif; et facta illa cōuersio: q; mō eſt dicta. Et hic rurſus nouū eſt, quod naturæ vires excedit, opus diuinū: atq; miraculū Demū ut inuibile Christi corpus nobis signoaliquo uiſibili designetur eſſe præſens: ad peragendū hoc mysteriū, deprehenduntur accidentia panis priora adhuc ſuelleſſe post conuerſionē, tanq; uelamen & umbraculum ſacratiſſimi corporis Christi illorum integrimento uere contenti. Et cum nulla ſit reliqua panis illius ſubstantia cui inhæreant, ne que migrauerint in corpus Christi tanquam ſubiectum (nam formis illis accidētarijs: cor pus eius affici non potest) conſequens eſt illa reſta panis accidentia, ſine ſubiecto ibi ſuſtinerē. quod rurſum admirabile eſt opus exceliſ: & nouum miraculum. Videmus igitur, cum ſacra ſcriptura teſtificetur Christum corpus ſuum ſub forma panis tradidiſſe diſcipulis (quod non niſi per transmutationē panis in ſuum corpus, fa- ctum fuif; prius abunde eſt oſtenſum (oia conti nuo miracula q; celebrauerit in euchariftia; per ſcri pturam authoritatē nobis cōſequio quodam com mendari) Ex hoc etiā loco dilucide conſtat: quomō articulus fidei de transuſtantiatione panis in cor pus Christi & uini in eius ſanguinem (nam quic qd in toto hoc ope, de uno diſtorum ſignorum dicitur: de altero etiā ſcilicet poſteriorē, conſimili ter debet iuxta ſuā rationē intelligi, rametſi non

Miraculū  
in euchariftia ex ſa-  
cris literis  
trahi,

Cap. 2.  
libri præ-  
cedentis.

## DE SACRAMENTO.

semp exprimatur ex sacra scriptura deduci queat  
rectoq; ratiocinio desumi. Neq; rationi miracu-  
li in hoc sublimi mysterio obuiat: quod frequen-  
tissime imo quotidie, saepius & innumeris in locis  
id fiat. Nam illud frequentari mysterium: ipse domi-  
nus nř eius institutor iussit, dicens. Hoc facite in  
meā cōmemorationē. Et beatus Paulus exercēdū  
illud edocuit in dominicā passiōis memoriam us  
que ad cōsummationē sacerdoti, & donec ueniat ad  
iudiciū exteremū totius orbis. Factum est aut̄ ha-  
ctenus ilius mysterium, & fit quotidie, fietq; perpe-  
tuō, uirtute diuina Christi: ad prolationē uerborū  
cōsecrationis, mirabiliter illud operante. quæ nō  
minus nunc est efficax, nee unq; fuit, nec erit: qđ fue-  
rat, quando ab ipso primū institutū fuit hoc subli-  
me sacramentum. & ergo semper idem atque con-  
similis effectus: eam uim omni efficacem cōsequi-  
tur. Non est autem diuina potestas, ob sui immen-  
sitatem: ulli nec tempori nec loco neque modo alli-  
gata. sed quemadmodum omnia quecumq; uoluit  
dominus ipse fecit ita & quando uoluit, & ubi &  
quoties, & quomodo uoluit ipse fecit. Et quis eidi-  
cere potest (ut ait sanctus Iob) cur ita facis? aut qđ  
re tam frequenter & tam multis in locis ita facis?  
Cui ita consonat Ecclesiastes. Omne quod uolue-  
rit dominus faciet, & sermo illius potestate ple-  
nus est: nec dicere ei quispiam uotest: quare ita fa-  
& alia aliquanto quodam tempore, quotidie, alia  
uero interpolatis temporibus frequenter: ita & ali-  
am usque ad mundi occasum, pro suæ optimæ uo-  
luntatis beneplacito. Est enim uirtus illa effectrix  
infinita: quæ nullis constringi potest legibus,

**Luce. 22.  
1.corin. 11.**

**Psal. 134.  
Iob. 9.**

**Ecclesi. 8**

¶ Quāuis humanus sensus & ratio natura-  
lis, nequaq̄ cōprehendant sublimitatem my-  
sterij sacrosanctæ eucharistiae: ob id tamen  
nō deesse in eo ingens miraculū. Ca. II

**S**Ecūda obiectio. Miraculorū singularium  
natura est: manifeste & efficaciter infir-  
morum animos in fide recreare. Hæc autem  
q̄ de eucharistia prædicantur: latentia sunt  
& inuisibilia, sensuq; fallentia. Et sic fidē  
non promouēt sed infirmant: cōscientiasq; sine fru-  
ctu reddunt attonitas, ac torquent magis q̄ ullum  
aliud. Deniq; quod mysticis uerbis piē doctū est,  
demoliuntur: & a dominicæ passionis memoria in  
sui rapiunt admirationem. Est enim institutū eu-  
charistiæ mysterium: in cōmemorationem mortis  
domini perpetuam. In quo si ponantur ea q̄ prædi-  
cantur miracula: intenti in illorū contemplationē,  
& admirationem animi fidelium, prorsus abduce-  
tur a memoria dominicæ passionis, q̄ non queant  
simul aciē considerationis ad plura inflectere. Hæc  
Oecolampadius. ¶ Responsio: Abnegandum est,  
omnium miraculorū naturam esse: q̄ sensui mani-  
sta sint atq; comperta, ut infirmos animos in fide  
consolident. Siquidem mūdi ex nihilo creatio: ma-  
nifestaria sensus cognitione nūc fuit perspecta-  
sed sola attingitur fidei luce. Cuius expertes plari  
q̄ philosophi: mundum posuerūt anterioribus fa-  
culis perpetuum, nec unq̄ exortum. Ita & futura  
mundi per ignem consummatio: miraculum apud  
nos habetur, suo complendum tempore. attamen  
nobis nullo sensus experimento est exploratū: sed  
sola fidei notitia persuasum. Qua destituti nōnlli  
naturalium resq; disquisitores, & physiologi: cen-  
miraculaq;

L

## DE SACRAMENTO

sensu non  
cōprehēn-  
duntur.  
  
suerunt mundum hunc sensibilem perpetuo dura-  
tur, nec interitum aliquando passurum. Nonne et  
generalis illa mortuorum resurrectio i nouissimo  
die seculi: miraculum censeri debet etiam nunc a  
nobis? quis manifesta sensus notione nō deprehen-  
datur: sed sola fide. Omitto Christi incarnationem  
candidissimæ uirginis & matris dei conceptum et  
partum, imo perpetuam uirginitatem: & consimi-  
lia id genus admirabilia dei opera, quæ nullo sen-  
sus iudicio cuiquam sunt cognita, sed sola fide in-  
concuſſe a nobis tenentur: attamen non deperdiūt  
illa ob id, ueram miraculorū rationem. Sic & uene-  
rabile eucharistiæ mysterium, quod aperta sensus  
cognitione non attingatur, imo sensus ipsi corpo-  
rales in illo fallantur: haud tamen desinit esse mira-  
culum. quoniam superior sensu & omni humana  
ratione fides, coelesti lumine mentibus fidelium ir-  
radians: efficaciter edocet nos altitudinē tanti my-  
sterij, illudq; ut grande miraculum, ueneratione di-  
gna prosequitur. Neq; in amplectendo reuerēter  
& firmiter hoc sacramento, ex sensuum nostrorum  
aut humanæ rationis iudicio pēdere debemus: sed  
ex solidæ & incōcusse fidei indimobili firmamen-  
to. Sicut sancta concinit & faciundum monet ec-  
clesia: in hunc modum. Et si sensus deficit: ad fir-  
mandum cor syncærum, sola fides sufficit. Et rur-  
sum. Quod non capis, quod non uides: animosa fit  
mat fides, præter rex ordinem. ¶ Admonet idem  
præclare & Chrysostomus, in homelia octoge-  
simatertia, super Matthæum hisce uerbis. Creda-  
mus itaq; ubiq; deo, neq; repugnemus ei: etiam si  
sensui & cogitationi nostræ absurdum esse uidea-  
tur quod dicit, superetque & sensum & rationem  
nostram. Quod in omnibus, & præcipue in myst.

Chrysost.

*rh̄s faciamus: non illa quæ ante nos facent solummodo aspicientes, sed uerba quoq; eius tenentes. Nam uerbis eius: defraudari non possumus. Sensus uero noster: deceptu facillimus est. Illa, falsa esse non possunt: hic sæpius atq; sæpius decipitur.*

*Quoniam ergo ille dixit, hoc est corpus meū, nul la teneamur ambiguitate: sed credamus & oculis intellectus id perspiciamus. Nihil enim sensibile traditum nobis a Christo sub rebus sensibilibus. Omnia uero quæ tradidit: insensibilia sunt. Sic & in baptismo per aquam, quæ res sensibilis est: do num illud conceditur. Quod autem in ea confici tur: intelligibile qdem est. Nam si tu incorporeus es: nude ipsa dona incorporea tradidisset tibi.*

*Qm̄ uero corpori coniuncta est anima tua: in sensibilibus intelligenda tibi traduntur. Hæc Chrysostomus.*

*¶ A cuius sententia non dissidens uenerabilis pater, Anselmus Cantuariensis: luculentiter ostendit in libro suo, de incarnatione uerbi in scripto (in quo hanc pertractat quæstionem, quod modo solus dei filius est incarnatus, & non pater, nec spiritus sanctus, cum tamen sint eiusdem substantiæ) hanc permultis suis in ihs quæ ad fidem spectant occasionem errandi: qd uoluerint ratione humana capere ac cōprehendere alta fidei mystaria, anteq; crederent, & quæ intellectus capacitate ac iudicio attingere non potuerunt: recularint eadem & credere, fideq; firma profiteri. Siquidem in secundo libri illius capit, ita dicit: Sed priusq; de quæstione differam: aliquid præmittam ad cōpescendam eorū præsumptionē, q nefanda temeritate audent disputare contra aliquid eorū quæ fides Christiana confitetur: quoniā id intellectu capere nequeūt. Et potius insipienti supbia iudicant, nul*

Matth. 2

4  
Opus An sel. de icar nat. uerbi,

Anselmus

L 2

## DE SACRAMENTO

Iatenus esse posse quod nequeunt intelligere: q̄ hu  
mili sapientia fateantur esse multa posse, quæ ipsi  
nō ualeant cōprehendere. Nullus quippe Christia  
nus debet disputare: qm̄ quod catholica ecclesia cor  
pus credit & ore confitetur, non sit, sed semper e  
andem fidem indubitanter tenendo, amando, & se  
cundum illam uiuendo: humiliter c̄ptum pōt, quæ  
rere rationem quō sit. Si pōt intelligere: deo grati  
as agat. si non potest, non immittat cornua ad uenti  
landum, sed submittat caput ad uenerandum. Citi  
us enim potest in se confidens humana sapiētia, im  
pingendo cornua sibi auellere: q̄ innitendo petram  
quasi cornua confidentis sibi sc̄iētiae producere (ne  
scientes, q̄ si quis existimat se scire aliquid: nō dum  
cognouit, quemadmodum oporteat eum scire an  
teq̄ habeant per soliditatem fidei alas spirituales:  
in altissimas de fide q̄stiones præsumptuose assur  
gere. Vnde sit, ut dū ad illa quæ prius fidei scalam  
exigunt (sicut scriptum est, nisi credideritis: nō in  
telligetis) præpostere prius per intellectum conan  
tur ascendere: in multimodos errores per intelle  
ctus defectum cogantur descendere. Palam namq̄  
est, quia illi non habent fidei firmitatem: qui qm̄  
quod credunt, intelligere non possunt: disputant cō  
tra eiusdē fidei a sanctis patribus confirmatam ue  
ritatem. Velut si uestertiliones & noctuæ, non ni  
si in nocte coelum uidentes: de meridianis solis ra  
dijs disceptent contra aquilas, solem ipsum irreuer  
berato uisu intuentes. Hæc Anselmus ibidem:  
Quæ si diligenter expēdantur: in Oecolampadiū  
recte dicta deprehendentur, qui sublimitatem hu  
ius mysterij de Eucharistia, quoniam rōne non po  
test comprehendere, per incredulitatem & extre

1 Cor. 8.

Esa. 7.

mam impietatem abnegat. ¶ Ver⁹ ut ab hac infi  
delitate mentis excœcatæ ipse liberetur: remitten  
dus est ad scholam theologiae naturalis, siue libri  
creaturar⁹, de quo in præcedente lib. fecimus men  
tionem. Siquidem autor operis illius, in titu. 209.  
plane ostendit multiplici ratione, habendam esse fi  
dem dei uerbis indubitatam, sine efflagitatione ra  
tionis aut probationis, sed dūtaxat: quoniam ipse  
dixit. ita rem ipsam proponens. Quoniam iam de  
claratum est, qđ deo debetur honor in summo: &  
homo debet deo summum honorem, & quia cre  
dere alicui & uerbis eius, est dare illi honorem: qđ  
reputatur uerax. sicut qui non credit alicui & uer  
bis eius: reputat eum mendacem, uel uelle menti  
ri uel posse mentiri. Et ideo cum honor sit, credere  
alicui & uerbis eius: sequitur qđ homo debet cre  
dere deo. imo debet ei primo & per se, sine alio te  
stimonio, sine aliqua probatione: pure & simplici  
ter suo simplici uerbo, solum quia ipse dixit uel di  
ci fecit, credere. Et per consequens debet hō crede  
re: quicquid deus dicit, ita qđ tota causa, tota radix,  
totum fundamentū credendi uerbis dei: debet esse  
quia ipse dicit. Et talē honorē tenetur & debet hō  
deo & uerbis eius. s. credere omnia uerba dei, quia  
ipse dicit: Aliter sequeretur qđ ipse faceret deo ma  
ximum uituperiū contra suū honorē: quia reputa  
ret eum mendacē uel uelle mentiri, uel fallere, uel  
posse falli. Si. n. non uolo credere uerbis dei pro  
pterea quia ipse dicit, sed quærō aliam probatio  
nem & aliud testimonium: tunc magis credo ali  
cui alteri qđ deo, & reputo aliquid aliud magis ue  
rum qđ deum: Et si credo deo & uerbis eius, eo qa  
mihi uidetur & propter meā rōnem: tūc magis  
credo mihi metipli qđ deo, & reputo me magis ue

Cap. 17

Autor the  
ologiae na  
turalis.Verbis dei  
simpliciter  
eē creden  
dū sine ali  
qua proba  
tione.,

L 5

## DE SACRAMENTO

racem q̄ deum. Et sic facio deo maximum uituperium & contra suum honorem, & pono me supra deum: quia primo credo mihi meti pli & rōni mete & sensui meo plus q̄ Deo. Sic ergo honor diuinus probat modum & formam credēdi uerbis dei: ita q̄ ratio credēdi deo & tota causa & tota radix debet esse, q̄a deus dicit. ¶ Et iste modus & ista forma credēdi deo: debetur etiam illi, ratione excellentissimæ suæ maiestatis & autoritatis. Vnde magis creditur regi, q̄i alicui alteri de regno: & papæ, q̄i alicui alteri de ecclesia. Q̄to ergo magis & maxime debet credi deo, suo simplici uerbo: q̄ est rex regum & dominus dominantiū. Et quantam iniuriam & cōfutum uituperium faceret aliquis subditus regi: si nō crederet uerbis eius. Quis esset auctor dicere regi: non credo uerbis uestris? Quid igitur: de deo debet esse? Item etiam ratione suæ infinitæ bonitatis & purissimæ, debet ei credi, simpli uerbo: & debet homo credere quicquid deus dicit. Quia datur fides & credulitas uerbis & dictis alicuius hominis: quia reputatur bonus. & quanto magis aliquis reputatur bonus: tanto magis creditur uerbis eius. Ergo cum deus sit summe & infinite bonus: maxime debet credi uerbis & dictis eius, suo simplici uerbo, & quia ipse dicit. Item etiam ratione suæ ueritatis infallibilis: quia est summe uerax, & summe sapiens, qui non potest falli. Et ideo, debet ei credi simpliciter. Sic ergo ratione summi honoris qui deo debetur, & ratione summae maiestatis & potentissimæ autoritatis & dignitatis, & suæ infinitæ bonitatis, & rōne suæ ueritatis & sapientiae: debet ei credi & uerbis eius, primo & per se simpliciter, quia ipse dicit. Hæc ibi, Quæ non aspernetur Oecolampa, licet simplici &

Apoca. 19

verbis dei  
ob multas  
cās: firmi-  
ter est cre-  
dendum

EVCHARISTIAE. II. 84

rudis sermone sint contexta sine uerborum furco & lenocinio. qm̄ solidam continent & piam doctrinam, quadrupliciter ratione innitenti naturali mentis dictamini atque iudicio demonstrant, uerbis dei propter solam autoritatem dicentis, esse credendum. Cū igitur dixerit plane Ch̄s: hoc est corpus meū & hic est sanguis meus, cur non habetur fides uerbis eius firma & solida: sed queruntur tergiuersationes & obtortae uerborum illorum domini expositio-<sup>7</sup>ne a uero eorum sensu procul alienae? Captiuet itaque Oecolampadius intellectum in obsequiū Christi: neque abneget subesse miraculum uenerabili sacra-mento eucharistiae: quis id sensus nō dijudicet, nec humana ratio comprehendere queat. ¶ Cæterum ad reliqua in præsenti obiectione proposita (ut etiam dissoluatur) est progrediendum, inficiandumque penitus: quod hæc quæ eucharistia celebrantur miracula, fidem non promoueant, sed infirment. cum ipsa nullo alio nitantur: quod si mo sincerae fidei fundamento. Quanto enim illa ab experimento sensu-um sunt remotiora: tanto amplius ipsius fidei pro-mouent meritum pariter & profectum. eoque al-tius solida fides in prijs mentibus agit radices circa huiusmodi miracula. quo minus & sensus & ratio naturalis illa potest percipere. Neque eadem miracula conscientias reddunt attonitas aut torquent sua-pre natura; sed confortant potius, serenantque, & in magnam rapiunt diuinæ dulcedinis atque benignitatis admirationem. Quod si qui scrupulis tor-quentur & attoniti hæsitant circa horum mysteriorum ueritatem: id sola ipsorum sit culpa, & ob su-nemque & uacillationem infirmæ mentis ipso-tum. Quemadmodum Christi miracula, credentes

Mat. 26

Miracula in  
eucharist,  
nec fidei  
nec cordiū  
tranquilita  
ti obesse

L 4

## DE SACRAMENTO

Matt. 12  
Luc. 11

excitabant alacrius ad fidē: scribas aut & phariseos cōfundebant. q illis uisis stimulabantur zelo atq inuidia, erūpebantq; in blasphemias: non qdem ex ipsa miraculorū natura, sed propria Iudæorū malitia. Deniq; negandū est obiectanti, q; attentior ilorū miraculorū consideratio: q; empia abducat a dñicæ passionis memoria. Enim uero admiratio sublimitatis horū mysteriorū, & dominicæ passionis cōmemoratio: nequaq; repugnant ad inuicem aut alienæ extraneæq; sunt una ab altera considerations. sed maxima uicinia atq; affinitate sibi cōiunctæ. & una alteram consequens. Nempe si quis intendat aīm in id miraculū, q; sub forma panis uerum Christi cōtupus continetur in eucharistia con tinuo adducitur & in hanc (adiutrice fide) animi considerationē, q; hoc ipsum Christi corpus in cruce pro nobis peperdit, & in morte est traditū. Cō similiter si q; aciē mentis figit in id mirabile Dei opus, q; sub specie uini uerus Christi sanguis cōtinetur: statim subit eius aīm memoria dñicæ passi onis, q; idem re ipsa sanguis in illa pro nobis fuerit effusus. Non igitur una dataq; duarū attentionum est alteri impedimento: sed ad eā directe promouet & dirigit. præstatq; miraculorū in eucharistia, syncera fides & attentio: cōmodiorem uiam ad cōmemorationem dñicæ mortis. Hinc facro sancta ecclesia: Christū hac supplicatoria uoce, uenerabunda cōpellat. Deus qui nobis sub sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti.

¶ Apud Apostolos magno in precio fuisse miraculū præsentiae corporis Christi in eu charistia: neque illud aliquo signo argu mentis debuisse comprobari. Ca. III.

Panis factus est corpus meum, uel in illo pane est corpus meum: uel panis iste conuersus est in corpus meum. Et explicari debuit illa subita rei in re conuersio: ut uirga Moysi uersa est in colubrum, & aqua facta est uinum. Ad hæc, si dixerint substantiam panis conuerti in corpus Christi: qd designabunt p̄ pronomen hoc, dicentes: hoc est corpus meum? Nunquid accidentia? Atq̄ corpus corpori: ac cidentia nō mutuatur. Nunq̄ idem de seipso prædicatur. Et quare etiam in poculo nō dicitur. Hic sanguis est sanguis meus: sed hic est calix sanguinis? Ad quod intelligendum Christi uerbum, necesse est profecto tropum assumere: fateriq̄ figura tam ibi esse locutionem. Hæc Oecolamp. ¶ Responsio. Non sunt dialecticis rationibus cōprehendenda nec exquirenda sacræ fidei abstrusa mysteria: q̄ omnem mentis humanæ captum longe exuperant. Quemadmodum scite admonent Chrysostomus & Anselm. præclaris illis uerbis: quæ in secundo præsentis libri capite iā sunt adducta. Ipsius siquidem aperte testantur duo illi celeberrimi patres, indaginem sublimium dei mysteriorū, & potissimum altissimi huius sacramenti: nec sensus experimento nec rōnum acumine esse faciēdam, sed sola fide solida, & syncæra tenendam eorum ueritatem: Quod & sacer Ambrosius confirmat in libro I. de fide ad Gratianū dicens: Aufer hinc argumēta: ubi fides q̄ritur. Loquatur in ipsis gymnasij: iam dialectica taceat. Non quāero qd loquantur philosophi: regro qd faciant. Soli in suis gymnasij remanserunt. Vide, q̄ fides præponderet argumentis. Illi quotidie a suis confortibus deseruntur q̄ copiose disputant. isti quotidie crescunt: qui simplè citer credunt. Non creditur philosophis: creditur

Chrysost.  
Anselmus.

Ambro.

N 2

## DE SACRAMENTO

piscatoribus. Non creditur dialecticis: creditur publicanis. Illi uolupratibus & delicijs orbem ligauerunt: isti iejunis & doloribus, exuerunt. Plures itaq; iam cœpit illicere iniuria: q; uoluptas. Et paio post. Nunc uideamus: quid distant a gentibus Arriani. Nonne ex philosophia omnem impietatis suæ traxerunt colorem? Illi idolum quod uenerantur amplificant: isti creaturam, dei filium asserterunt esse, qui deus est. hæc ille. Ecce testatur planis verbis Ambro. logicis argutis aut captionib. nō esse peruestigāda sanctæ fidei sacramenta, quæ tñ aduersariushic molitur prædicabiliū uocum legibus & regulis arcte constringere, dialecticę prædictionibus concludere. ¶ Verunt n̄ ne uidea mur obiectionis huius mō propositæ nodum subterfugere uelle, aut caute declinare: ad singula suo ordine diluenda progrediamur. id unum in primis afferentes: in illis dñi nostri uerbis: hoc est corpus meum, uerbum est, substancialiter uel substantiue sumi: & nomē corpus, pro ipsa dñici corporis substantia, ibidem etiam accipi: & nō alio quoquis mō. Negamus tñ ibidem corpus de pane prædicari: cū non maneat facta consecratione illic substantia panis, sed transmutetur in corpus Christi, ut abunde in præcedente lib. monstratum est. Quare neq; generis neq; species, aut cuiusvis aliorū prædicabilitū ibi est prædicatio: sed individui de individuo, & attenta rē significataq; idētitate, eiusdem de leipo qñquidem id ipsum quod sub speciebus panis continetur consummata uerborū prolatione, q; que eo pronomine hoc, demonstratur: uere est corpus dñi unumq; prorsus & idem est, quod per pronomen hoc, & quod per dictiones corpus meum, designatus meū. tur: uerbi, i. domini corpus. Admittimus insuper il

Idem.

Cap. 20

Quæ prædicatio in his uerbis domini, hoc est cor

Ilic non esse factam unam naturam ex duabus naturis. scilicet panis & corporis dominici: non alteratis & transmutatis. sed dicimus unam naturam: in alteram esse conuersam. Neque numeramus ibi duo individua in uno individuo: cum illic unicum sit substantia individuum. scilicet corpus domini, & substantia panis omnino desierit. Neque ponimus corpus domini illic esse accidentem aut absolutum aut respectum sive relatum: cum non sit accidentis, sed uera substantia. quis aliqua illi accidentaria conueniat aut relativa denominatio: utputa quod signetur species ebus illis sensibilibus. Insuper inficiamur, in praedictis domini uerbis, dictionem est. aut contineat sumi aut conuersare: cum (ut modo dictum est) solu modo substantiae sumatur. Et quis uerba sit, in hoc demonstrata uisibili panis specie) contineri corpus Christi: aut hoc (demonstrata panis substantia) conuerti in corpus Christi: neutrum tamen horum, exprimitur per illa Christi uerba. quoniam in eis, pronome hoc: nec species panis conspicua, nec ipsa panis substantia demonstratur. sed id ipsum duxit, quod facta consecratione continentur sub speciebus panis: quod sane est uerum Christi corpus.

**P**orro non est illud aequo ferendum animo, quod subdit Oecolampad. uolens prescribere ipsi Christo (qui aeterna est patris sapientis) formam certam uerborum, quibus debuisset potius uti, secundum Oecolampadum iudicium: in illius altissimi mysterij explicatione. Nam cum in quo omnes thesauri sapientiae & scientiae sunt absconditi, ferulae grammaticae subdere nititur: & sus, ut aiunt, mineruam docere, quasi uerbis minus aptis aut idoneis usus sit Christus: ad illius sublimis sacramenti expressio- nem. Potuisset certe dominus noster pluribus uer-

6

Coloss. 2

Quod uerbum est sumitur in his uerbis hoc est corpus meum.

N 3

## DE SACRAMENTO

bis explicuisse tanti mysterij ueritatem, & subita  
unius rei in alteram, conuersionem: sed noluit. Et  
recte quidem noluit: qm̄ recta semper eius fuit uo  
luntas, & recta eius opa. Nec sciscitari debe mus  
quare id noluit: qm̄ nobis pro rōne, sola debet suf  
ficere eius uoluntas, in obliquum indeflexibilis.  
Nec illis uerbis, conuersionem subitariā unius rei  
in alteram, exprimere: placitum ei fuit. sed rei facta  
transmutatione subsistētis, ueritatem: siue(ut phy  
sicis utar uocabu'is) illius conuerisionis terminū  
ad quem, duntaxat eloqui: qui est uerū eius corpus  
sub forma panis uisibili subsistēt. [Ad id uero qd̄  
deinde sciscitatur aduersarius: qui per pronomen  
hoc, demonstratur in prædictis domini uerbis, a  
pud eos: qui ponunt substantiam panis conuerti,  
in corpus Christi, iam adhibita est paulo ante re  
sponsio, nō illuc accidentia panis demonstrari, qm̄  
illa non sunt corpus Christi. non. n. accidentia, sub  
stantiae coincidunt: Nec panis, ipsi dñico corpori  
pori domini, nec illud efficiūt. Sed demonstratur  
illo pronomine, id qtd sub accidentibus illis con  
uersioē inuisibiliter subsistit. Et quoniam id ipsum  
est uere corpus dñi: idcirco in illis uerbis domini  
cis prædicatur idem de seipso, ut mō est dictum.  
Deniq̄ cum percōtatur in postremo præsentis ob  
iectioē loco noster antigenista: quare in poculo  
eriam non dī. hic sanguis est sanguis meus: sed hic  
est calix sanguinis. breuis adhibenda est responsio  
quoniam Christus in benedictione uini, iuxta san  
ctor̄ Lucæ & Pauli narrationem, calicem nomi  
nauit. & ita in consecratioē eiusdem, postea dicen  
dū esse: per apostolos toti ecclesiæ constituit. Cur  
uero ita dixerit in posteriore illa consecratioē,

7  
**Quid pro  
noīe hoc  
demonstra  
tur, in his  
dñi uerbis  
hoc est cor  
pus meū.**

**Luc.22.  
1.Cor.11**

## EVCHARISTIAE. II.

100

non iuxta prioris formam: ratio præcipua est, qm̄  
ita suæ beneplacitum fuit uoluntati, q̄ optima est  
omnium eorū quæcunq; dixerit aut fecerit, lex at  
q; regula. neq; figulus ex suo plaste debet quærere  
cur ita facis. Posset tñ non absurde ad eam questio-  
nem: & hæc achiberi ratiunctula. quoniam uinum  
ipsum transmutandum in sacrę eius sanguinem, li-  
quida est substantia, neq; manibus contrectari po-  
test nisi uascolo contineatur: calicem manibus ac-  
ceptum quo uinum consecrandum in sanguinem,  
continebatur: haud incongrue demonstrauit, q̄uis  
virtus consecratoria in solum uinum ibi conten-  
tum ferretur. Panis uero solida e; at substantia: &  
quæ manibus comprehendi facile potuit. & super  
eum, nulli impositum sustentaculo: potuerunt cō-  
secrationis uerba proferri. hinc altera dicendi for-  
ma Christus in uini quam panis benedictione est  
usus. Haud tamen idcirco tropum subesse oportet  
in uerbis dominicis super calicem dictis: cum  
planus omnino sit illorum sensus, huiusmodi scili-  
cet. hic est calix sanguinis mei, id est, calix conti-  
nens sanguinem meum. referendo id uerbum, ad  
tempus completae eorum uerborū prolationi pro-  
ximum: ut & de uerbis panem consecrantibūs pri-  
us est dictum. Adde quōd calicis nomen, accom-  
modum est ad passionem Domini designandam:  
in qua effusus est facer eius sanguis in precium no-  
stræ redemptionis. Et sæpius id nomen: ad insinu-  
andam C H R I S T I passionem: in scriptura est  
accommodatum. Ut ibi. Potestis bibere calicem:  
quem ego bhibiturus sum? Et rursum. Pater si pos-  
sibile est: transeat a me calix iste. Et iter. Calicem  
quem dedit mihi pater: non uis ut bibam illam?  
Ad ingerendā igitur nobis dominicæ passiois me.

Rom. 9  
Esa. 45.

Quare in  
cōlecratio  
ne uini  
Ch̄s cali-  
ce noīauit

Mat. 20  
Mat. 29  
Ioan. 18

N 4

## DE SACRAMENTO

moriā: recte nomen calicis in consecratione uini  
a Christo est expressum.

¶ Idem esse Christi corpus in ccelo & in eu-  
charistia, neq; in diuersis temporibus & lo-  
cis esse diuersum, quod in altari offertur. sed  
omnino idem corpus. Cap. VII.

¶ „ **N**ona aduersarij obiectio. Quid indigni-  
us Christiano: q; multos facere Chri-  
stos, & multa sacrificia: unū eē Chri-  
stum in ccelis: & alter, in terris, imo  
innumerous, & tot, quot sunt arx: &  
„ in una ara plurimos? id quod ex uestra sententia  
„ sequi necessarium: si in pane corpus Christi reali-  
ter est. Hanc absurditatē non ego: sed Chrysosto-  
colligit in epist. ad Hebræos. Hæc Oecolampadi.  
¶ Responsio. Negandum est plane, hanc absurdi-  
tatem sequi sententiam catholicorū: asserentium,  
non quidem corpus Christi realiter esse in pane, se-  
cundum substantiam manente: ut hic & sepe ali-  
as uidetur inuere aduersarius, sed ipsum adesse sub  
speciebus panis: q; (deperdita ipsius substantia) su-  
perstites manerunt. Nempe cum hac fide syncæ-  
ra de eucharistia, simul tota astruit ecclesia: unicū  
esse Christum & unicum eius corpus atque idem  
in ccelo & in terra, imo & in omnibus altaribus: in  
quibus diuerfo aut eodem tempore & loco offer-  
tur, nec non unicum ubiq; esse sacrificium. ¶ Ad  
qd solide comprobandum, locupletissimus testis est  
ipse Chrysost. in eo quem citat aduersarius loco.  
Cuius uerba, q; consequenter circa hunc locū pro-  
se adducit in suo opusculo qd excutimus, Oecolä-  
padius: libet & hic integre referre, ut palāsit om-

No  
mitte  
q; in eucha-  
ristia, cor-  
pus Chri-  
sti sit i pa-  
ne.

## EVCHARISTIAE.

II.

101

nibus, quō ipse nobis arma subministrat quibus confodiatur; & tanquam Goliath proprio iuguletur gladio, manuqz Davidica trucidetur. Verba igitur Chrysostomi in homelia decimaseptima sup epistolā ad Hebæos: sunt hæc. Nōneqs si nulos dies offerimus offerimus quidē: sed ad recordatio nē mortis eius faciētes. Et una est hæc hostia: non multæ. Et qa semel ob'ata est hæc hostia: oblata est in sancta sanctore. Hoc aute sacrificiū: exemplar est illius, idipsum seper offerimus. Nec nunc quidē alium, craftina die alium: sed semper idipsum. Pro inde unum est hoc sacrificium, alioqui quomodo in multis locis offertur: multi sunt Christi nequaz: sed unus ubiqz est Christus & hic plenus existēs, & illuc plenus. Sicut emi quod ubiqz offertur, unū corpus est & non multa corpora: ita etiā unum sacrificium. Pontifex autem noster ille est: qui hostiam mundantem nos obtulit. ipsam offerimus & nunc: quæ tunc oblata quidem, & consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus: in commemorationē quidem eius sit, quod factum est. hoc facite (inquit) in meam commemorationem. Non aliud sacrificium, sicut nec pontifex: sed idipsum semper facimus, immo recordationem sacrificij operamur. Hæc Chrysostomus. Ecce quem pro testem profert Oecolampadius: omnino pro nobis & contra illum perhibet apertum testimonium. quātumnis luctetur ille uerba prædicta detor quere in sensum obliquum: ut ad partes suas ipsum praerahat atque reninente abducat. Quod & in toto illo ope suo, cui in hac elucubratioe cōtrahimus: frequētissime molitur ut ex omnibus, quos in suæ sententiae errore de eucharistia cōfirmatio nē, illuc uberti & affati affert authoribus: ne unū g

N 5

I.Reg.17.

Chrysostomus.

Lucæ. 22  
I.corin. II.

## DE SACRA M E N T O.

dem illorū, secundum rei ueritatem, pro se habeat.  
¶ Sed & alter audiatur testis propositi nunc nego-  
cij, nō oportere s. multos esse Christos aut mul-  
ta Christi corpora: si cōsiteamur uerū eius corpus  
adesse in eucharistia. Is autē est magnus ille Grego-  
rius: q̄ in homelia paschali id ipsum plane astruit.  
& recitantur eiusdē uerba in volumine decretorum:  
de cōsecratio. distinct. secunda, cap. qd̄ sit sanguis.  
in hāc formā. Tāta est ecclesiae unitas in Christo:  
ut unus ubiq̄ sit panis corporis Christi, & unus sit  
calix sanguinis eius. Calix enim quē facerdos ca-  
tholicus sacrificat: non alijs, nisi ipse quem domi-  
nus apostolis tradidit. Quia sicut diuinitas uerbi  
dei, uira est q̄ totū implet mundū: ita licet multis  
locis & innumerabilibus diebus, illuc consecretur  
corpus: non sunt tñ multa corpora Christi, neque  
multi calices. sed unū corpus Christi & unus san-  
guis cū illo: quod sumpsit in utero uirginis, & q̄  
dedit apostolis. Diuinitas enim uerbi replet illud,  
quod ubiq̄ est: & cōiungit & facit, ut sicut ipsa,  
una est: ita & unū eius corpus sit in ueritate. ¶ Sue-  
cedat & tertius eiusdē rei testis: ut in ore triū te-  
stū, stet ueritate subnixū istud uerbum, Anselmus  
s. Cantuariensis. Qui in annotationibus suis super  
epistolam Pauli ad Hebræos, exponens id uerbum  
decimo illius epistolæ capite conscriptum de Chri-  
sto. una enim oblatione consummavit in æternū  
sanctificatos, conformiter ad Chrysostomum in  
eiusdem loci explanatiōē mō citatum: ait. Etsi nos  
quotidie offerimus: recordatio mortis eius est. &  
una hāc hostia est, non multæ: quia semel tantum  
oblata est. Nec a multis hominibus multi Christi  
offeruntur: sed unus ubiq̄, & semper plenus est  
ubiq̄ unum corpus, semel oblatus nunquam cor-

Gregorius

Deut. 19.

Hebræ. 10

Anselmus

## EVCHARISTIAE II 102

sumitur. Quod nos agimus: recordatio sacrificij  
 est. Nec causa infirmitati s eius repetitur: qd pfect  
 hoem, sed nostræ: qd quot idie peccamus. Hæc ille.  
 Ex qbus liquet; eneruatum prorsus esse totius præ  
 sentis obiectionis uim & molitionē Cæterū quod  
 In sententijs suis mō adductis Chrysostomus & An  
 selmus dicunt, nos in sacro missæ officio recorda-  
 tionē sacrificij opari. & id ipsum quod egimus, re-  
 cordationē sacrificij esse, nequaquam cū exclusio  
 ne intelligendū est. quasi in ipso missæ mysterio  
 duntaxat opera remur recordationē sacrificij: se-  
 mel in cruce oblati, & illud nostrū opus: solum-  
 mō foret recordatio sacrificij unici & singularis,  
 in cruce facti pro nobis, & nō esset etiam sacrifici-  
 um. Falsa siqdem & erronea esset illa intelligētia:  
 & præmissis sanctorū illorū dictis omnino repug-  
 nans. cū manifeste phibeant in uerbis supra citatis  
 Christū quotidie a nobis offerri, & proinde senti-  
 ant sacrū Christi corpus & sanguinē, in missa im-  
 molarī: & uere etiam ibi esse sacrificium. ¶ Deci- 4  
 ma obiection. Si in pane apostolis in coenā oblato a  
 Christo post ea uerba hoc est corpus meū, uere cō  
 tinebatur ipsius corpus: fuisset tunc Christus cru-  
 cifixus eo mō, quo erat in pane. quandoqdem  
 apud Paulū est. Corpus quidem: quod pro uobis  
 frangitur. Et si tale corpus: aut erat inuulnerabile,  
 & erat phantasticū. aut si uulnerabile: atterebatur  
 discipulorum dētibus, utpote nondum glorifica-  
 tum. Dices, natura quidem uulnerabile: non autē  
 in pane. Quomodo igitur panis uere significabat  
 corpus: quod in illo restaris contentum: nam &  
 panis etiam ob fractionem: symbolum erat mori-  
 turi corporis. Nihil autem tam repugnat sacra-  
 mento: quam signando mentiri. Hæc Oecolam-

Oblationē  
 i missa, nō  
 solū recor-  
 dationē sa-  
 crificij es-  
 se: sed &  
 y e sacrifi-  
 cium.

## DE SACRAMENTO,

padius. ¶ Respōsio. Nō est tribuendum quod hie  
primo colligitur loco. qm̄ ipsa consecutio, inualida  
prorsus est: & quod conficitur, omnino falsū. Nem  
pe tametsi idem erat secundum substantiæ uerita-  
tem Christi corpus, in pane apostoliis porrectum  
& postea cruci affixū, immo & in ipsa cœna mē  
ſe affidēs: nō tamē eundē habebat nec sortiebatur  
hic & ibi, subsistendi modū. Sigdem in ipsa men-  
ſa & postea in cruce, modū habuit subsistendi na-  
tura ē: sub forma uisibili & passibili, distinctione-  
que cōspicua membrorū. In ipso uero sacramento  
discipulū exhibito, nō huiusmodi naturalē consi-  
ſtentiam: sed nouā existendi rationem & modum  
passioni & laſionī non obnoxīū: citra ordinē ſcili-  
cet & commensurationem suarum partium ad lo-  
cum. Vnde cū manducabatur a discipulis in ipfa  
cœna; neque dentibus eorum secundum ſuam ſub-  
ſtantiam atterebatur, neque diſſecabatur aut la-  
debat. Quocirca non est id aduersario tribuen-  
dum, Christum fuisse crucifigendum eo modo:  
quo erat in pane. cum in pane & sub forma panis  
fuerit in cœna: modo inuisibili & impassibili. Ciu-  
cifixus est autem in forma uisibili: ac in corpore  
modum ſubſtendit passibilem illichabēt. ¶ Cœ-  
terum ut hæc paulo detectiora dilucidiora redi-  
cantur: cum probatissimis authoribus theologica-  
rumq; inquisitionum pertractatoribus eruditissi-  
mis ſentiendum est, quod Christus discipulis ſuis  
in cœna tradidit ſuum corpus, paſſibile & morta-  
le ſu apte natura, iſdemq; prædictum qualitatibus  
intrinſecis naturalibus: ſicut erat ſuum ipsius cor-  
pus in mensa recumbens. Quod aperte teſtatur ip-  
ſe magister ſententiarum, in quarti ſu libri distin-  
ctione undecima; circa fine illius dicens. Discipulis

Quale cor-  
pus dedit  
Christus in  
cœna disci-  
pulis.

Christus suū corpus tale dedit, quale tunc habuit  
id est mortale & passibile, nūc vero sumitur a no-  
bis immortale & impassibile; nec tamen maiorem  
habet efficientiā. Cui cōcordat & Innocentius in  
hunc modū. Quia incredibile iudicetur ut secun-  
dū eandem naturā simul fuerit Christus mortalis  
& immortalis: quod tñ ei cōgruebat secundū ean-  
dem psonam, pōt salua fide cōcedi, quod tale cor-  
pus Christi tunc dedit: quale tunc habuit, s. mor-  
tale & passibile. Nunc aut̄ sumitur a nobis imor-  
tale & impassibile; nec tamen maiorem habet effi-  
caciā, sicut nec maiore potentiā. Quod ergo passi-  
bilis edebatur & tamen nō ladebatur: nō erat hu-  
manæ naturæ sed diuinæ potentiæ, qua ualebat qđ  
qd uolebat omnino. Hæc ille. Eadem quoq; se  
quuntur sententiam uiri doctrina & sanctitate cō-  
spicuit: Thomas Aquinas, Bonaventura, & cæteri  
non pauci. Nihilо secius idem Christi corpus ante  
passionem, in sacramento subsistebat mō quodam  
impassibili: quoniam nulla illic læsione, uulnera-  
tione, aut passione uiolenta potuit affici. Non qui-  
dem ob dotem impassibilitatis: qua adornata glo-  
riosa corpora, ubi consummatam fuerint resurre-  
ctionis palmarum consecuta: nullis amplius subiace-  
bit nec passionum iniurijs. Nam hanc præclaram do-  
tem, sacrum Christi corpus ante suæ resurrectio-  
nis horam nequaquam habuit: sed eam cum cæte-  
ris gloriificandorū corpororū dotibus in ipso glorio-  
sa resurrectionis articulo primum accepit: quan-  
do ad uitam immortalem innouatum est, & repa-  
ratum. Sed huiusmodi immunitas corporis Chri-  
sti ab omni læsione, in sacramento eucharistiae an-  
te suā passionē: illi prouenit ex singulari mō substi-  
tendi in illo admirabili mysterio, utpote sine cir-

Petrus.  
Lōbardos

Innocētius:

Thomas.  
Aqnas Bo  
ētura.

Qđ ante su  
am resur-  
rectionem  
Christus  
dotē ipass  
ibilitatis  
nō habuit

## DE SACRAMENTO,

cunscriptio ue suar<sup>e</sup> partium ad loci habitudinem  
Quē ei contulit ac induxit non naturalis, huminæ  
naturæ cōditio: sed diuinæ virtutis est (cacia). Itaq;  
q<sup>uod</sup> ipsum Christi corpus in eucharistia discipulis  
oblatū in cœna, passibile qdē fuerit: sed nulla po-  
tuerit illic læsiōe afflīctari aut affici, ob statū illū  
corporis & habitū, ac nouū subsistēdi modū: nō  
erat humanæ naturæ (ut innocentij uerba repetā)  
6 sed diuinæ potentiae: qua ualebat omnino, q<sup>uod</sup> uo-  
lebat. Ex his aut̄ facilis patet ad ea q<sup>uod</sup> p̄sens cō-  
tinet obiectio, & apta respōsio. Et primo loco, ad  
id beati Pauli uerbū, corpus qdē quod pro uobis  
frangitur, ab aduersario citatū (quamuis id ipsum  
ex Paulo uon habeatur secundū nostrā translatio-  
nē, sed iuxta eam qua sanctus Ambrosius utitur)  
dicendū est. illud ipsum referri non debere ad cor-  
pus Christi. tali subsistens mō, quo in sacramento  
cōtinebatur. sed ad idē corpus taliter existens: qua  
liter in cœna a discipulis coram conspiciebatur.  
Et fractio illa panis sacramentalis (qua in specie-  
bus illius tantum siebat: & non in ipso Christi cor-  
pore) signum plane erat corporis ipsius morte dis-  
soluendi, & vulneribus sauciandi. non quidem  
accidentarijs speciebus: sed qua secundum conspi-  
cuam membrorū distinctionē uisibile hominibus  
apparuit. Et idcirco ipsum sacramentum: signan-  
do nullum ingessit fidelium cordibus mendaciū.  
cum ea ipsa significatio, ad corpus Christi uisibi-  
le & quatenus in cruce passum est mortem, refer-  
ri debeat: & non quatenus adeſt in eucharistia. Por-  
tuū ipsum Christi quod apostolis traditum est in  
cœna, natura uulnerabile fuisse ante passionem, si

1.corin. II.  
Obiectio-  
nis ante  
proposita  
dilutio.



mul & passibile. Verum idem corpus ibidem fuit modo quodam inuulnerabili & impassibili: quod illi secundū eum statum ac subsistendi modum, nec uulnus ullū nec læsio potuerit inferri. Non tñ idecirco ipsum Christi corpus tunc in eucharistia subsistens, ob hunc corporis habitum quo uulneribus nō erat illic obnoxium: phantasticum fuisse putari debet, & apparen̄ tū sine uera existentia. Siqdem post resurrectionē suā: gloriosum Christi corpus, inuulnerabile fuit & impassibile. Haud tñ phantasticū, sed uerē erat corpus: ut quod oculis humanis obuium fuerit, & manibus it idē cōtrectatum. Et si quis ea omnia q̄ non subſciuntur oculis aut uulnerum non patent iniurijs, phantastica appellare pergeret: nimirum crassis errorum phantasmatis obuo uerunt. Denique quamuis i-

Nam(ut iam frequenter hic est dictum) ipsum in dem corpus ibidem tum erat modo quodam in uulnerabili, atque impassibili. quod secundum illum, quem illic habebat in eucharistia, statum ac modum: nec uulneribus imperi potuerit, nec dentium attritione consumi. quandoquidem impassibiliter, & (ut ita dixerim) inuulnerabiliter. inibi consistebat. Neque quomodo Christus id facere potuerit, quod corpus suum natura passibile, ibi substiterit impassibiliter: est percontandum. ut qui sit omnipotens: & apud quem impossibile non est omne uerbum. Omnia enim (ut sacram dicit euangelium) c̄pud deum possibilia sunt,

Corpus  
Christi in  
euchari-  
stia: nō es-  
se phanta-  
sticum.

Lucæ. I.  
Matth. 16  
Marci.

## DE SACRAMENTO.

¶ Magnū esse discrimen inter patres anti-  
quæ legis & nouæ: quantū ad beneficorū à  
deo utrisq; indulto rationē. & sacramenta  
noui testamenti: sacramentis antiqui effica-  
ciora esse.

Cap. VIII.

**V**Ndecima aduersarij obiectio. Si caro  
Christi in pane esset, q̄ in manna uel in  
agnō esse non poterat: non solum reli-  
gionis modus, sed & religio uariata  
esset, & ita plurimū foret patribus de-  
negatum. Nam pars aliquanta nostræ religionis  
non cærimonialis, q̄ a carne Christi penderit: non ita  
ac nobis, nota patribus fuit. Absit aut̄, ut spiritua-  
les qui sub lege M̄ effiam expectabant: in fide pau-  
periores nobis fuerint, q̄bus manifestatus est Tā-  
menta. Necq; video quid inter illos & nos multum  
intersit: quam quod exhibitus est nobis Christus  
quem illi magnis expectarunt desiderijs. & quē  
nos sequimur: illi præcesserūt. Habuerūt illi fidem  
in esu agni. in manna, in sacrificijs: nos habemus in  
esu sacrati panis. utroq; aut̄: idem uegerat Chri-  
stus, cessarūt figuræ illoꝝ: q̄a successit ueritas. Et  
quia ueritas illuxit: ppetuo duraturus ritus institu-  
tus est, quo beneficij acceptissimus memores. Qd̄  
igitur tantū discrimen in illis? Hæc Oecolāpadius

¶ Respōsio. Nō est id dandū, propter eucharistia  
sanctæ relictū nobis monumentū & uerā corpo-  
ris Christi in ea subsistentiā: mutatā esse religio-  
nem antiqui & noui testamenti. Vnus enim & idē  
in utroq; colitur deus, uiuus & uerus: eademq; est  
fides antiquorū patrū & nostra, quemadmodum

testantur omnes sacri doctores. Eadē est igitur uetus & nouæ religio, nulloq; pacto uariata: sed mutatus est tantum religiōis modus. Nam ex dei institutiōe, alio rītu & sacrifici ijs colebatur de us in ueteri lege: & alio nunc colitur in noua, quē & Christus & apostoli, eius decreto instituerunt. Et quemadmodum uera Christi caro n obis exhibita in eucharistia, nūc a nobis honoratur: ita a uiris spiritualibus antiquæ legis cognoscetur ea- dem nobis exhibenda, & uero cultu honoranda. Itaq; denegata est eis rei ipsius ueritas, quam in umbra cognoscabant: & exhibita tantū figura, in qua ueritatem expectarent. Quod quidem ex conditiōne qualitateq; status utriusq; legis: nō ex ipsis patribus prouenit. Quē admodū nec ex ipsoq; est culpa aut causa profectum: q; non fuerit illis manifestus Christus, sicut & nobis, sed qm̄ cum ipsis uitam hic mortalem agerent, nec dum uenerat p pleni tuto temporis: in quo decreuerat deus mittere filium suum in terram. Nec idcirco pauperiores ipsi patres antiqui fuerunt in fide, aut inferior es: q; nos ipsi sumus (saltem q; tam ad ipsorum articuloq; substantiam & genus: tametsi clarius illi nobis & ex- plicatiū innotuerint, per rē ipsoq; exhibitionē) cum eadem & tantæ firmitatis fuerit eorū fides, si eut nostra. Sec id unum interest, quoniā quod nos in ueritate colimus & iam exhibutum; id ipsis i uim bra coluerunt & posteris exhibendum. Siquidem adoramus uerū Christi corpus in eucharistia, no- bis exhibutum; ipsi uero in agno paschali & in manna coluerunt idem corpus nō iſlic præsens, sed suo tempore exhibendum, cum sublati figuris ueritas euangelica illucesceret orbi. ¶ Quocirca nō li- benter admiserim id præsentis obiectiōis dictum.

Eandē esse  
legis antiq;  
& nouæ re-  
ligionē. sed  
aliū in hac  
& illa Dei  
coleū ritū.

Gal. 4

O

## DE SACRAMENTO

utputa illud tātum discriminis inter illos antiquę  
legis patres & nos esse: q̄ obscuriora illis, & no-  
bis manifestiora sunt sacramenta. Non. n. solū ma-  
nifestiora nobis q̄ illis: sed & ueriora & efficacio-  
ra sunt sacramenta. Perfectior. n. nobis est bapti-  
smus: q̄ fuerat illis circuncisio. & longe dignior eu-  
charistia est nobis: q̄ fuerit illis agnus paschalil &  
manna. Deniq̄ & sacerdotium nobis longe subli-  
mius est secundum ordinem Melchisedech: q̄ sue-  
rit illis secundum ordinem Aaron. Et ita de cæte-  
ris illorū sacramentis est dicēdum, q̄ ad nostra col-  
lata, non solum obscuriora deprehenduntur: sed &  
imperfectiora & multo iſeriora, quemadmodum  
sequentis obiectionis dilut: o: amplius idipsum reſe-  
rabit. Vnde & in sequentibus huiuscē cauillatiōis  
(quam dissoluimus) uerbis, p̄ us æquo antiquis tri-  
buitur patribus: & minus quam par sit, nouæ legis  
esse discrepancia: q̄ illis expectatus, & nobis exhi-  
bitus est Christus, & quē nos sequirimur, ipſi præ-  
cesserunt. Non. n. id solum ultra eos habemus diui-  
num bñficiū, q̄ nobis exhibitus est Christus. s̄  
& illud insuper, q̄ ipſe per crucem suam operatus  
est salutem mundi: resurrexitq; a mortuis, & cæte-  
ra redēptionis humanae peregit mysteria. Preci-  
osa insuper nobis donaria: reliquit & præclara mu-  
nera sacramentorū: in quibus ampla gratiarū recon-  
ditā sunt charismata. Deniq̄ & spiritū sanctū mi-  
sit in discipulos: cuius directione, tota deinceps re-  
geretur ecclesia. Hæc, n. omnia: Christi aduētum  
sunt consecuta. ¶ Duodecima obiectio. Patres an-

4 " tiqui quātum ad rationē sacramentorū attinet, no-  
" bis nō sunt inferiores: quemadmodum neq; quan-  
" tum ad rationem fidei. Sicut, n. illi crediderunt in

## Actu. 2.

Christum uenturę, nos uero in eum qui iam olim  
uenit; ita & eorum sacramenta designarunt figurarę.  
que in uoluçro annunciarunt ipsum uenturum, no  
stra uero, ipsum iam diutius uenisse. Ergo quem-  
admodum manna datum patribus in deserto, so  
lummodo erat figura eius quod erat futurum: ita  
& panis sacratus sacerdotali benedictione, solū est  
commemoratio & repræsentatio beneficij præte-  
riti, scilicet mortis Christi pro nobis in cruce: ut  
obliuione non intercideret tantum bonum. Hæc  
Oecolampadius. **¶** Responso. Esto quantum ad fi  
dei rationem, inferiores nobis non fuerint antiqui  
patres (potissimum attendendo ipsa fidei obiecta  
& articulorum substantiam in genere) cum sit ea  
dem amborum fides: ut iam dictum est, quantum  
tamen ad sacramentorum conditionem attinet: lon-  
ge nobis sunt inferiores illi. quoniam digniora sunt,  
& perfectiora nostra: quam illorum sacramenta.  
Quod uel ex Augustino perspicuum euadit, dicen  
te in prologo psalmi 73. Veteris & noui testamē  
ti præcepta eadem: sacramenta non eadem, promis  
sanon eadem. Videamus, quare præcepta eadem  
quia secundum hæc, uiuere debemus. Sacramēta  
non eadem, quia alia sunt sacramenta dantia salu-  
tem, alia promittentia salvatorem. Sacramēta no  
ui testamenti dant salutem: sacramenta veteris te  
stamenti promiserunt salvatorem. Cum ergo iam  
teneas promissa: qd̄ q̄ris promittentia salvatorem, iā  
h̄ns̄ Hoc dico: teneas promissa, non q̄ iā acceperi  
mus uitam eternā: sed q̄a iam uenerit Ch̄rs, q̄ per  
prophetas prænunciabatur. Mutata sunt sacramē  
ta: facta sunt faciliora, pauciora salubriora, felici-  
ora Hæc ille. Rursum in libro 19. contra Faustum **Idem**  
cap. decimotertio; idem eximus autor, postquam

August.

O 2

## DE SACRAMENTO

perhibuit: prima sacramenta utpote ueteris legis  
(quoniam Christi erat prænunciatiua (per aduen-  
tum ipsius impleta esse & ablata: protinus subiungit.  
Et alia sunt instituta sacramenta (nouæ, s. legis)  
uirtute maiora, utilitate meliora: actu faciliora, nu-

mero pauciora. Hæc ille: de nostris sacramentis.

Quod igitur quæcum ad ad sacramentorum rationem atti-  
net, non sunt patres antiqui nobis inferiores: cū &  
salubriora & meliora & felicia habeamus (Au-  
gust. teste) sacramenta, quæ ipsi habuerint. Eorum siq-  
dem sacramenta, figuræ tantum erant: & gratia non  
conferabant, aut saltem non tam cumalatam ut no-  
stra. Nouæ uero legis sacramenta, & ueritatè con-  
tinent: & gratiam conferunt etiam ampliorem quæ  
antiqui ritus mysteria. Cæterorum Oecolampa hoc in  
loco ut suæ assertioni congruentia proponat, & ex-  
tenuet eucharistia sanctæ dignitatem: quemadmo-  
dum prius antiquos patres ferme nobis æquauit,  
quæcum ad status utriusque legis conditionem: ita &  
hic eorum sacramenta nostris propemodum æquipa-  
re laborat, ut persuadeat omnibus, nullū aut ad-  
modum modicum inueniri posse discerniculum:

inter manū populi Israel & sacram eucharistiam,  
quæ tamen tanto a pane illo Israelitico distat interual-  
lo: quæ cœlum a terra, ueritas a figura, corpus ui-  
uum ab umbra, & lux a tenebris. Vtruncque autem  
hoꝝ: inique & perperam construere hic molitur.

¶ Non recte etiam de uirtute sacramentorum nouæ  
legis sentit aduersarius: cum eodem in loco post ob-  
iectionem nunc dissolutam subnectit. Non quod eam  
uim habeant nouæ legis sacramenta: ut praestent p-  
se salutem, & causa salutis in sacramentis posside-  
atur, sed quod indicent manifestatum Ch̄r̄m: non iam  
cū patribus expectandū. Unde in finitione sacra-

Nouæ le-  
gis sacra-  
menta q̄ an-  
tiquæ pfe-  
ctiora esse

Ex capi.  
primi libri

7

menti: qñ dicitur. sacramentum est sacræ rei signū  
 ita ut imaginem gerat & causa existat. causa non  
 ad efficientiam: sed ad significatiæ evidentiam re-  
 ferri debet. Hæc ille. In quibus uerbis longe mino-  
 rem uim quām ipsa ueritas exposcit, nouæ legis  
 sacramentis attribuit cum negat illa q se. i. ex sua  
 institutione quam a Christo acceperunt, & suapte  
 (ut ita dixerim) natura atq; ex opere operato, cō-  
 ferre salutem, & causam salutis in sacramentis re-  
 ponni. Nempe unanimi sanctoꝝ patrꝝ sūia, hīmoſa  
 sacramenta per uirtutem a Deo institutore eorū ac-  
 ceptam: conserunt gratiā salutarem digne sumen-  
 tibus ea, & ut præmissis August. uerbis utar, dant  
 salutem. Nonne igitur & salutem præstant: & cau-  
 sa salutis in eis possidetur? saltem administraria et  
 secundaria, q primariā supponit: deum. s. benignis  
 simam sacramentoꝝ indultorem. Neq; solum ea-  
 dem sacramenta id hñt munera, q indicant Chri-  
 stum noh̄is exhibitum: sed præterea salutiferā con-  
 ferunt illa sibi ascendentibus gratiam. Hinc in diffi-  
 nitione sacramenti quam supra assignat: causa nō  
 ad significatiæ evidentiam referri debet, ut ipse  
 proponit, sed ad efficientiam salutis & gratiæ sa-  
 cramentalis. ¶ Demum q postea proxime ediffe-  
 rit: simili ratione falsa esse dinoſcuntur. utputa, qñ  
 patres dicunt sacra menta nouæ legis præstare fa-  
 lutem: respicere eos ad Christum ipsum incarnata-  
 tum uel passum, multifariam in ueteri testamento  
 præsignatum. qm & ipse mysterium & sacra-  
 tum nostrꝝ est: etiam si e medio tollantur oīa sym-  
 bola externa, quibus utitur ecclesia. Hæc Oecolā  
 padius. Nēpe his uerbis ipse insinuat, huius asserti-  
 onis sanctoꝝ patrum. sacramenta nouæ legis præ-  
 stant salutem, hūc solum esse sensum. Christus pro-

Sacra no-  
 uæ leg. gra-  
 tiā & salu-  
 té cōferre.

6

" "

" "

" "

" "

" "

O 3

## DE SACRAMENTO

nobis incarnatus & passus, per sacramenta nouæ legis manifestatus; dat salutem. Quod plane inter pretamentum: falsum est & absurdum. Nam illis uerbis ipsi patres nostri explicare uolunt, peculia rem q̄dam efficaciam cōferendæ salutis: sub eo & a deo sacramentis esse collatam. Rursum secundū propriam sacramentorē rōnem qua utitur ecclesia cum septem astruit nouæ legis sacramenta: nō est admittendum, q̄ Christus est nostr̄ mysterium, & sacramentum: sed est ipsor̄ sacramentor̄ dñs, & autor. Et q̄uis ipse sine symbolis externis, signisq; sensibilibus: absolute praestare posset hominibus salutem, ut sine baptismo aquæ, & sine Eucharistia perceptione: secundū leges tñ ad eo prouide positas & nobis declaratas, nunq; sine illis salutem æternam daturus est. qm̄ uult nos corporales, per signa etiam corporalia: ad spiritualem uitam promoueri. Demum q̄ in quarto præcedētis libri cap. sunt dicta: multum etiam cōferunt ad huius capititis clariorem elucidationem.

¶ Recte corpus Christi uere in Eucharistia præsens, & ostētari fidelī pop. & circumferri & reseruari. ipsumq; esse salutare sacrificiū, quod deo quotidie pro nobis offertur.

Cap. IX.

I. " **D**icitur aduersari obiectio. Est & hoc fidelibus auditu graue, si dicūtur per Christum facta quæ sapientiam eius non testentur: sed frustra & absq; utilitate cōpareant. Quō, n. ita ineptiret Christus: cuius omnia opera, in bonitate & sapientia fiunt. Referant igitur, quid agat in parte corporalis præsentia: quod absq; illa, sacra meo

tum per se non possit. Referant aliquid uel aī man  
dicationē: uel in manducatione. Et uideamus pri  
mū, ante manducationem cōmendetur nē aliqd  
amplius. Certe Christus dedit corpus ad mandu  
candum: non ad ostendandū, uel ad circumferendū,  
uel ad reseruandum in arcis. Dicit. n. accipite & co  
medite. Non dicit: circumferre, ostendite, & rese  
ruate. Hæc Oecolampadius. ¶ Responsio. Hic no  
uus prodijt in lucem Momus, reprehensorq; diui  
norū opere: qui audeat deo dicere, cur ita facis?  
Cuius tamen imperscrutabilē sapientiam Job con  
siderans: ait de eodem. Qui facit magna & inscrut  
abilia, & mirabilia: absque numero. Et rursum,  
paulo post. Qui facit magna & incomprehensib  
ilia, & mirabilia: quorum non est numerus. Si re  
pente interroget: quis respondebit ei? uel quis dice  
re potest: cur ita facis? Hæc ille. Sed intolerabilis  
est hæc animi arrogantia: quæ opera domini haud  
dubie in sapientia facta, tērat in ius uocare, & tan  
quam inutilia sugillare. Detestabilis itidem est tan  
ta mentis insolentia, ponens in cœlum os suum:  
quam merito damnat Esaias, dicens: Quis adiuuit  
spiritum dñi, aut quis consiliarius eius fuit, & o  
stendit illi? Cum quo iniit consilium & instruxit  
eum, & docuit eum semitam iustitiae: & erudiuit  
eum scientia, & uiuam prudentiæ ostendit illi? Im  
probat itidem eandem præsumptuosam temeritatem  
& diuinus Paul. ita scribens ad Roma. O altitudo  
diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, q̄ in comprehen  
sibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius.  
Quis enim nouit sensum dñi: aut quis consiliarius  
eius fuit? aut q̄s prior dedit illi: & retribuetur ei?  
Ecce ubi pro tanto beneficio indulxæ nobis sacra  
sanctæ eucharistiæ; deberet Oecolampad. Christo

"

"

"

"

"

"

Mat. 26

2

Job: 5.

Job. 9.

Esa. 40

Rom. II

O 4

## DE SACRAMENTO

illius munifico autori gratias agere, & alios ad habendam animi gratitudinem in tam beneficū munieris illius largitorem, prouocare: benefactorem amplissimum ipse insectatur, & beneficium se ab negat accepisse: ceterisq; ut ita faciant: persuadere ntititur. Sed neminem uere fidele pieq; in ea q; dei sunt affectum: mouere debent ejus imbecillæ rationes, indulatum nobis cœlitus eucharistiæ munus improbantes. Multum siquidem confert toti ecclesiæ, & magnam afferit utilitatem ad ampliorem salutis fructum consequendum: corporalis Christi pñtia in eucharistia, quemadmodum ex obiectio num utilitates illas deinceps impugnantium disputatione, liquido constabit. ¶ Et ut præsentí (q; mō proposita est) cauillationi sua adhibeat dilutio: primum illud repudiandum est, quod assumit aduersarius, ut puta Christum non dedit corpus suum ad oñtandum, circumferendū uel reseruandū. Nam illa tria, cōsequentia sunt debitā ipsius manu ductionem. Vt n. digne manducetur sancta Eucharistia: ostentari debet potissimū in ipso missæ officio, quo a circumstantibus reuerenter adoretur dignaq; ueneratione colatur. Quemadmodum B. pater Dionysius in tertio cap. sui ecclasticæ hierarchiæ: scribit pontificem ex ritu apostolico ostendere debere populo astanti sacratissima mysteria, uenerādis adoperta signis. Huiusmodi aut ostensionis sanctæ eucharistiæ ritus, in missæ officio obseruandus: oraculo etiā propheticō prænuntiatus traditur in illo psalmi 71. loco. Erit firmamentum in terra: in summis montium. Vbi secundum celebres loci illius expositores: præsertim Nicolaum Lyranum, Iacobum Valentiniū, & Paulum Burgensem: per firmamentū intelligitur fru-

Dionysius  
Ex 13. ca. li  
bri præ  
dentis.

Psal. 71.

Nic. Lyr.  
Iac. Valē,

mentū illud siue panis uiuus qui de cælo descendit & cor hoīs confirmat. Per montes uero ibidē accipiuntur sacerdotes: ob dignitatis suæ eminentiā Designat itaq; illud psalmographi uerbū: quod eu charistiæ sacramentū in celebratione mysteriore erit in capitibus sacerdotū: per eleuationem. i. eius super eorū capita, in forma panis, & ostensionem illius populo astanti faciendam in sacrificio missæ Et idipsum plane figuratū phibetur Exodi uicesimo nono cap. ubi deus præcepit crustulā panis ele uari sup capita sacerdotū corā populo. Similiter Exodi uicesimo quinto & Leuitici uicesimo quarto cap. de panibus propositionis: ut annotat Iacobus Valentinus. **¶** Insup ad ægrotos qui extremo laborant morbo, deferri debet hoc uenerabile sacramentū: ne sine salutari illo uiatico hinc decedat Quare & reseruari honestis cōditorijs etiā debet eucharistia: ut cum exigit necessitas, parata inueniatur quæ ad infirmos deferatur. Sicut in codice decreto R: de cōsecra. distinc. secunda, cap. presbyter. cautū est. in hunc modū Presbyter eucharistiā semp habeat paratā. ut quādo qs infirmatus fuerit: statim eum communicet, nesine communione moriatur. Sic ibi. Itaq; ut in promptu habeatur eu charistia, quæ rite sumatur & cum de centi honore: haec triā, ostentatio, circunlatio & reseruatio eiusdem, sunt apprime conducentia. Et quamvis non legatur Christum dixisse discipulis de corpore suo, ostentate illud, circūferteq; aut reseruate, ex eo tamen non probe colligas: ipsum illud non dixisse. Est enim illud hæreticis familiare argumentum dignum profecto quo a pueris rideatur Non legitur hoc fuisse dictum a Christo: ergo non dixit hoc Christus, cum multa ipse dixerit; quæ nō sunt scri

Patīlus.  
Burgēlis.

Exod. 29.  
Exod. 25.  
**Leuiti. 24**

Multa  
Christū di  
xisse & se  
cisse: q̄ nō  
sunt scripta

O 5

## DE SACRAMENTO.

ta. Eiusdem etiā formae atque farinæ: est istud argumentandi schema. Nō legitur hoc fecisse Christus igitur illic nō fecit: Multa enim (teste euangelista) fecit Christus: quæ non sunt literis mandata. Rursum, sicut nō legitur Christus dixisse: quod ostentetur eucharistia, circumferatur & reserueretur, ita neq; dixisse legitur: quod nō ostentetur, nō circumferatur, & nō reserueretur. Quare ea via atque ratio: nō magis una pars proposita, q; altera probari posset. Demum non omnia quæ ad ritum tantum mysticj obseruanda posteris seculis erant: tunc Christus apostolis in cœna explicuit. sed multa reseruauit: postea magisterio spiritus sancti q; apostolos & eorum successores ordinanda. Quemadmodū quod aieiunis sumatur eucharistia: authore spiritu sancto (ut ait Augusti. & adducitur illa eius sententia, de consecra distinct, secunda. cap. liquido appetit) post Christi in cœlum abitionē, in ecclesia est constitutum. Esto igitur quod Christus non dixerit in ultima cœna, ostendendam esse eucharistiam populo, aut circumferendam aut reseruandā: postea tamen illud ab apostolis aut sequentibus eos ecclesiæ primitis præsidibus, concilioque decretis, matre institutum est & prouide: quod sacra ostentetur eucharistia, quod circumferatur, & reserueretur. Quare quodq; illorū trium: diligenter & sedulo est obseruandum ab ecclesia. ¶ Decima quarta obiectione. Nonnulli commemorant & hanc præsentia corporalis Christi in eucharistia causam: ne desicitur Christianis sacrificiū uel oblatio. Parē em̄ eis uideatur, pane simplicis creature grās agere: & creatorem ac datorem, sanctificatorem q; agnoscere, quemadmodum ueteribus morem fuisse compertus, Verum nos scientes finem sacrificijs & obla-

Ioann. 20.

Augusti.



EVCHARISTIAE II. 118

tionibus impositū, docente epistola ad Hebræos, unica oblatione consummari in perpetuū sanctifi-  
ca:os:asserimus, iterū instaurate sacrificia, esse mor-  
te Christi irritare. In ueteri lege cōtētus erat deus  
sola nonnunq; gratiar; actione: etiam si nihil im-  
molandū adhibitū fuisset. Quid igitur prohibet:  
gratiar; actione etiamnum absq; pane deum cole-  
te. Hæc Oecolāpadius. ¶ Responsio. In hoc cauīl  
lo cum probare inititur aduersarius, q; facr; Chri-  
sti corpus nō sit nobis relictum in eucharistia, ob-  
hanc inter ceteras rationē: ne desit Christianis sa-  
crificiū & oblatiō( q; sane ratio: & uera est, & re-  
ligiose amplectēda) totus p lane desipit: & a recto  
ueritatis aberrat calle. Nā finē sacrificijs antiquæ  
legis esse impositū, ingenue fatemur. neq; illa in-  
staurare nitimur. Verū necesse est illis multifor-  
mibus hostijs unū succedere nouæ legis sacrificiū  
quod omniū uerē sacrificior; sit ueritas, & quod  
ptineat ad sacerdotiū Christi secundū ordinē Mel-  
chisedech. Illud aut̄ unicū & peculiare sacrificiū le-  
gis nouæ, maximeque omnium salutare: est sacra  
tissimum Christi corpus & sanguis, in sancto mis-  
sæ officio sub specie panis & uini oblatum. Ut ab  
unde monstrauimus in secundo Antilutheri libro:  
capite decimo, & sex proxime sequentibus capiti-  
bus. & in primo Propugnaculi ecclesiæ libro: ca-  
pite septimo. Eadem quoque ueritatē de uno  
nouæ iegi sacrificio quod inmissa offertur: diffu-  
se & luculenter elucidauit ac afferuit acerrimus.  
Luthæranæ factionis profligator, catholiceque  
fidei propugnator iniunctus, Ioānes Eckius: in suo  
præclaro ope, de sacrificio missæ inscriptio, cōple-  
tente tres libros sup ea materia aeditos. Qui unus  
inter ceteros, ut alter Iudas Machabæus pro ec-

Hebræ, 10.  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "

Necessari  
um esse u-  
nū nouæle  
gi's sacrifi-  
ciū: sacer-  
dotio Chri  
sti respon  
dens.

Ioannes  
Eckius.

## DE SACRAMENTO.

clesiæ sanctæ defensione interritus se per stetit in a-  
cie: & nō minus ore q̄ calamo, inimica deo agmi-  
na animose, prostravit. quod & adhuc quotidie in

**Ex cap. 18** aūt sacrificiū stabiliendū (sine quo, nec Christi sta-  
primi libri ret sacerdotiū, nec lex noua nec religio Christiana  
subsisteret) & quotidi rite offerendū, magno pere

necessaria est & cōducibilis, uera corporis Christi  
præsentia in eucharistia. q̄ talē oblationē reddit au-  
gustissimā: & ceteris hostijs omnibus impropor-  
tionali gradu sublimiorē. Quod si simplicē & nudū

**Cap. 4. &** panē offerremus in altari: nō esset illi oblatio quo-  
**5. & 18.** quo mō excellētior antiquæ legis hostijs (ut & in  
præcedente libro sepius est dictū) quod nouæ legis  
derogat dignitati. Porro illud beati Pauli uerbum

**Hebr. 10.** de unica oblatione, qua Christus cōsummavit in  
æternū sanctificatus: accipiendū est de ea oblatio-  
ne, quam forma uisibili & omniū oculis obiecta  
seipsum obtulit in ara crucis deo patri in odorem  
suauitas. Quæ semel tantum facta est: & nunquā  
postea secundum eam formam & modum, repeti-  
ta. Ea uero oblatio eiusdem quidem corporis &  
sanguinis domini re ipsa atq; secundum substanti-  
am, alterius uero secundum qualitates & acciden-  
tias proprietates: quæ quotidie fit in sacro mis-  
sæ mysterio, sub panis & uini speciebus: cōmemo-  
ratio est prioris illius oblationis, & a Christo sie-  
ri iussa in sui mēoriā Et hæc sepius, imo quotidia-  
no offic. in sc̄ta dei ecclesia repetitur: & ad cōsum-

**I corin. II.** mationem usq; seculi (teste Paulo) frequabitur  
Sed de hac secundi generis oblatione, non facit in  
ea sententia ad hebræos scripta) quam in præsentि  
cauillatiōe affert obiectans) sermonem sacer Pau-  
lus; neq; ad hanc, prædicta eius uerba sunt accom-



## EVCHARISTIAE. II.

III

modanda . Insuper non refutandum est, gratiaꝝ actionem interdum sine oblatione fieri posse ut precibus & uerborꝝ protestatione . Verè nō est huiusmodi p̄solutio gratiaꝝ q̄ sine oblatione fit: in supremo gratiaꝝ actionis collocata fastigio cū sit illa longe eminentior & in altiore constituta culmine: quæ oblatione exoluuntur , & ea potissimum oblatione, qua nulla inuenitur superior. Ad agendas igitur digne gratias deo de tanta in nos beneficentia q̄ in sanctæ eucharistia collatione nobis impēdit: q̄ congruentius exhibere ei possumus. q̄ ut illi idem offeramus munus, quod de manu eius accepimus? Ut ei dicamus libere: cū p̄ctissimo rege Dauid: Tua sunt omnia: & quæ de manu tua acceperimus, dedimus tibi. Dicamus & cū sancta ecclesia in sacro missæ officio. Offerimus præclaræ maiestati tuæ: de tuis donis ac datis. Quinimmo & inter ueteris legis instituta, uariasp; sacrificiorꝝ formas: specialis quædam & peculiaris fuit hostia, diuina sanctione ordinata in gratiaꝝ actionem deo exoluendam. De qua: in Leuitico texitur hic sermo. Si pro gratiaꝝ actione oblatio fuerit: offerent panes absq; fermento, cōspersos oleo , & lagana azima uncta oleo, cocta m̄q; similam & collyridas , olei admixtione conspersas: panes quoq; fermentatos cum hostia gratiaꝝ , quæ immolatur pro pacificis Et rursum in alio eiusdem libri loco. Si immolaue ritis hostiam pro gratiaꝝ actione domino, ut possit esse placabilis: eodem die comedetis eam. Non remanebit q̄c̄b: in mane alterius diei. Sic ibi. Quo fit ut ad conuenientissimam gratiaꝝ actionē deo de beneficijs humanæ redēptionis exoluendam maiorem in modum sit utilis & congrua corporis Christi in eucharistia, presentia, & ita habeatur

I.par. 26

Leuit. 7.

Leuit. 22.

## DESACRAMENTO.

in ecclesia, etiam hostia excellentissima pro grata  
rum actione: quæ hostiæ ueteri consimilis denomi-  
nationis, tanquam figuræ ueritas succedat. ¶ Por-  
ro quæ circa hunc libri sui locum: continentem,  
eam (quæ modo diluta est) obiectionem, subiicit  
aduersarius, satis longo uerbo: contextu: errore  
& impietatis sunt refertissima, atq; ex Lutherana  
officina de prompta, eoq; tendentia: quod non sit  
cuiquam agenda de peccatis commissis satisfactio  
quoniam (ut ait) Christus in cruce pro omnibus sa-  
tisfecit. Quæ improba assertio: a nobis (utcunque  
potuimus) in tertio Antiuheri libro, capite deci-  
moquinto est elisa ac conualla. Proinde præter-  
missis illis, tanquam indignis quæ recenserit debe-  
ant: ad alia progrediamur elimanda & discutienda.  
¶ Quod ad cōplendā Christi promissionē.  
qua se nobiscū futurā dixit usq; ad consum-  
mationē seculi: & ad syncæriorē ipsius iu-  
ritu adorationē faciendā, corpus eius in eu-  
chatistia recte adesse afferitur. Cap. X.

Matt. 28.

Matt. 18.

**D**ecimaq;ta aduersarij obiectio. Ad-  
ducitur a nonnullis & alia ratio: ob q;  
dicitur corpus Christi in eucaristiā præsēs esse. s. ut compleatur eius  
promissio: qua dicit se futurę nobiscū  
usq; ad consummatonē seculi: & ita non par; con-  
solationis relictum orphanis: scientibus sibi affiste-  
re regē & protegōrem omnipotentē. Sed & hac  
ratio: fruola est & uana. Nam Christus se futurę  
promisit nobiscum, uirtute sua inuisibili atq; gra-  
tia, spirituq; efficacia: nō corpore. Quicadmodū  
ubi duo uel tres congregati fuerint in nomine ei u-  
se in medio eorum fore dixit, non corpus suu m-

## EVCHARISTIAE.

II.

112

neq; corpore se illis comitē futurę promisit. Quid  
 igitur monstratis (inqt) sacramentū: ubi nō plus  
 de Christo oculatus q̄ cæcus uideat? Sacramentū  
 monstrari potest: Christus nō monstratur. Sacra-  
 mentū suo fungitur officio: etiā si corpus Christi  
 solum sit in cælo. Hæc Oecolāpadius. ¶ Responsio  
 Admititur inter cæteras & illa ratio præsentia  
 corporalis Christi in eucharistia: q̄ affert hæc obie-  
 ctio, ut s. illa Christi promissio, de futura nobiscū  
 ad finē usq; seculi, eius p̄manentia: cōpleteatur. Nā  
 & hanc assignat Vrbanus quartus, & recēset Cle-  
 mens quintus in constitutionum suarę libro tertio  
 titulo de reliquijs & ueneratione sanctor̄, cap. si  
 dominum his uerbis. Alia, quor̄ memoriā agi-  
 mus: spiritu menteq; complectimur, sed non pro-  
 pter hoc reale eorū præsentiam obtinemus. In hac  
 uero sacramentali Christi cōmemoratione: Iesus  
 Christus sub alia quidem forma, in propria uero  
 substantia est nobiscum. Ascensurus enim in cœ-  
 lum: dixit apostolis & eorum sequacibus. Ecce  
 ego uobiscum sum omnibus diebus: usq; ad con-  
 summationem seculi. Benigna ipsos consolatione  
 confortans: q̄ remaneret & esset cum eis etiā  
 præsentia corporali. Hæc ibi. Necq; promissio illa  
 recte acciperetur de Christi præsentia solum secū  
 dum uirtutem diuinitatis, atq; efficaciam gratiæ  
 & uirtutis: ut prætendit hic obiectans, Nam & eo  
 modo, etiā præsens fuit dei filius antiquis patri-  
 bus in lege Mosaica: & ambulauit in medio eorū  
 ut promiserat. Atqui nouæ legis dignitas supra ue-  
 terem, exigit excellentiōē quandam & perfectio-  
 rē præsentiam Christi perpetuam cum dilecta sua  
 sponsa: q̄ ante eius in caruē aduentum habuerat  
 cum synagoga Hebræorum. Et hæc est præsen-

Vrbanus  
quartus.

Math. 18

Leutti. 26

## DE SACRAMENTO.

tia eius corporalis in eucharistia: q̄ suis discipulis  
promisit affuturā ad finē usq; mūdi. Nō tñ infici  
or interdum Christum congregatis in nomine suo  
adesse solum secundum spiritum: & in medio eorū  
esse per efficaciam auxiliū duntaxat & directionis  
ut cum illic non adest mō sacramentali, & in eu-  
charistia. Nihilo fecius nunq; deest præsentis eius  
corporalis, ecclesiæ sanctæ: ubicunq; aut cōsecra-  
tur sancta eucharistia, aut asseruatur recondita.  
Et hæc præsentia Christi secundū corporis substanci-  
am, lōge est sublimior & cōpletior: q̄ ea sacratissimæ  
humanitatis eius præsentia, q̄ secundū solam  
virtutis eius efficaciam & uigore. Quēadmo-  
dū rex terrenus et si p omnē regni sui ambitū dica-  
tur authoritate regia & maiestate præsens quoni-  
& principatus potestatem: longe tamen uerius &  
integrius est præsens in ea regni sui urbe, in qua  
suam exhibit corporalē præsentiam, cum duplice  
mō illic assit: & potestate, s. & corpore. In alijs autē  
modo adest: potentatus scilicet authoritate. Por-  
ro alienum penitus a ueritate est: quod in hac obie-  
ctione subiicitur ab aduersario, ut pote non plus ce-  
rebro in sacramento uidere oculatum: quam cæ-  
sus uideat. Nam oculis præditus exteriores intue-  
tur eucharistiae species: sub quibus tanquam taber-  
naculo suo candido uere continetur Christus licet  
in sue substantia sit illic inuisibilis. Et hæc species  
sensibiles, certam habent & non mediocrem ha-  
bitudinem, ad Christum sub eis delitescentem: tan-  
quam signa ad suum signatum, & tanquam operi  
mentum regis glori æ ad ipsum coeli regem: quod  
demonstrat cum illic corporaliter adesse, adminicu-

De Chri-  
sto i sacra  
mēto plus  
oculatum  
q̄ cæcum  
cōspicere.

## EVCHARISTIAE. II. 113

Iante fidei lumine. Cæcus uero & q oculis captus est, tale umbraculū & integumentum regis æterni non conspicatur: neq; per illius contuitum induetur in cognitionem pñtiae ipsius corporalis, & adorōnem eiusdem. Multo igitur p'us de Christo p' sa cramentum eucharistiae uidet oculatus: q oculo p' p'asidio & functiōe destitutus. Quem admodum quispiam purpurā regis (qua totus ipse rex ita ob uolutus est: ut nulla pars corporis eius, oculis alie nis pateat) plus uidet de rege, q'p; alius non cernens illam purpuram. Nam purpura illa, index est p'ae sentiæ regis: contuentibus eam. Et q'p;uis non mon stretrur illic Christus in propria sua sustentia, se cundum quam mortalibus ibi est inuisibilis: mon stratur tamen in specie exteriori & visibili, eucha ristiæ, sub qua est p'resens. sicut rex omnino obte ctus purpura: ostenditur in suo amictu extrinse co. quare concedendum est ingenue, Christum il lic monstrari: quod tñ aduersarius in hac negat ob latione subditur. sacramentū s. eucharistiae suo fun giofficio: etiam si corpus Christi solum sit in cœlo. Nam officium sacramenti eucharistiae est, p'resen tem in se Christum continere: & corporalem eius p'resentiam cernentibus illud insinuare. At si cor pus Christi solū esset scđm substantiā in cœlo: nō contineretur ipsum in eucharistia, neq; uere desi ghetur illic esse p'resens. Mendax igitur esset il lud signum, & fallens intuentes ipsum, atq; in er ore dicens: neq; illud exhibens, ad quod signifi candum est institutum, & ita uanum foret atque inane, imo fallax & deceptorium. **D**ecimasexta " " obiectio. Assignant & aliam rōnem nonnulli, ob quam in eucharistia dicatur esse corpus Christi; ut "

Christum  
in euchar.  
monstrari  
sub aliena  
specie.

P

## DE SACRAMENTO

„ s. adoretur a fidelibus & debita ueneratione colatur. Ea autem ratione: etiam infirma est. Nam non quia adoratur, adest: sed quia adesse creditur, adoratur. Primum igitur probetur adesse: ut deinde iustificetur adoratio. Imo & non satis adhuc iustificabitur adoratio: etiam si corpus adesse conuincas. Qui non cor-pus, seorsum cogitat: ut sancta illa uerba dicuntur: hoc est corpus meum: non implet quod dicit deus:  
**Deu.6** „ Domini deum tuum adorabis. Neque soluisse credimus  
**Ioan.4** „ Christum, legem de adorando patre in spiritu: &  
„ adoratore ad carnem suam transmississe, a qua semper  
„ reuocauit. Non est igitur sacramento eucharistiae  
„ impendenda adoratio: cum etiam uiros sanctos deum  
„ hospitem in cordibus suis habentes, non adoremus.  
„ Sed ea tantum ueneratio, eucharistiae est exhiben-ta: qualem libris & uerbis sacris impendimus. Ea  
„ uero commendanda est adoratio: qua qui hora celebra-tionis mysteriorum in terram procidens, adorat  
„ deum, regnante in celis, & ad illum corpus suum  
„ erigit. Hae Oecolampadi Responsio. Admitten-  
da est inter ceteras & ea causa presentiae corporis  
Christi in eucharistia, quam assignat catholici &  
affert hic obiectas: ut illic s. a nobis suppliciter &  
reuerenter adoretur. cum iam sit in praecedente li-  
bro ostensum, & ex August. probatum: nos Christi  
corpus ibidem adorare debere. Non tamen quia  
adoratur: adest ibi sacrum ipsius corpus, sed ei-  
us quia adest: ibi adoratur: ut non sit adoratio, cau-sa presentiae corporis Christi: sed contra, prae-sen-tia eius, causa sit adorationis. Neque etiam quia adesse  
inibi creditur corpus Christi: adoratur: sed quoniam  
adest & adesse creditur: adoratur illic. Ibidem  
autem s. in eucharistia consecrata adesse sanctum  
eius corpus; totus liber praecedens multimodis o-

## Cap.19.



## EVCHARISTIAE. II. 114

stendit, neq; ampliore ad hoc epus est comprobatione. Cæteræ non adoratur illic corpus Christi, cogitatione separatū a uerbo; ut subinseruat hic Colampadius, sed ut ipsi uerbo indiuide inseparabiliter unitum. Neq; in ipsis domini nostri uerbis, hoc est corpus meum, demonstratur aut nomina tur corpus ipsius: a diuinitate notione mētis seiuū, sed indiuulsum ab ea, & in unam unitum Christi personam. Qzuis enim solum cōpus ibidem nominatim exprimatur: consequio tame quo dam naturali & animam secum trahit qua sit uiuens, & sanguinem quo integratur, & ipsam deitatem: sacro corpori indiuidea facietate unitā. Est enim corpus illud: caro uerbi uiuifica. Quare adorās sanctum illud corpus in eucharistia: uere & pie iusmodi corporis adorationem sic factam: soluitur illa lex Christi de adorando patre, in spiritu fit & ueritate. Nam & illa adoratio, etiā in spiritu fit & ueritate: per synceram. s. fidem, q; illic præsens aſſit uerius deus & hō, quamvis in forma sua humana non percipiatur: sed tantum credatur uera citer adesse. Vñ non transmisit nos illic Christus ad carnem suam modo sensibili: & secundum distinctio nem membrorum nobis apparentem, neq; ad carnem suam deitate spoliatam: quoniam sic auocare mur a spiritu ad carnē, sed nosipſos direxit ad ueram carnem suam uerbo unitam: & in forma sensibili prolius illic imperceptibilem, & spū tantum cōprehensibilem. Quo fit ut illa carnis Christi adōratio, uere fiat in spiritu & ueritate: haud minus q; eiusdem glori: os carnis confidentis ad dexteram patris, fit pia & religiosa adoratio.

In Euchariſtia corpus Christi adorari ut uerbo unitum.

Deut. 6.

Ioan. 4.

¶ Verum 6

P 2



## DE SACRAMENTO

Quid, adorantes sanctam eucharistiam, non ipsam partem substantiam adoramus: quoniam post peractam consecrationem nulla penitus superest, nec species ipsas panis quam superstites sunt ibidem adoramus: nam & illae, omnino creaturæ sunt, quibus non debetur adoratio, sed ipsum Christi corpus sub illis speciebus uere contentum, suppliciter & religiose adoramus. Neque consimile censeri debet iudicium de uiris sanctis deum habitatorem cordis eorum & hospitalib[us] & de ipsa eucharistia. Recte si quidem: uiros illos sanctos non adoramus: tum quod ipsis quantalibet sanctitate conspicuis latraria non debetur: sed dulia tantum, aut ob singularem excellentiā, hiper dulia. tum etiam, quod ipsis non sunt signa ad hoc autore deo instituta: ut in ipsis adoretur deus, cum nos plaruntq[ue] lateat, neque perspectum satis sit: an eorum corda inhabitet deus, nec nec. Corpori vero Christi in eucharistia debetur latraria, & ad ilud ipsum est instituta eucharistia: ut Christi corpus uere illic praesens nobis representetur & ab omnibus rite adoretur. Quo fit ut penitus impium censeri debeat, nedum falsum: quod in praesenti obiectio subnectitur. eam scilicet uenerationem tantum modo deberi sacræ eucharistiae qualis deberit libbris & uerbis sacris. Quippe his, ne duliae quidem honor debet exhiberi: sed duntaxat religiosa quodam reverentia ob significatas res sacras uel in eis contatas. Eucharistiae uero, quoniam sanctum sanctorum continet: merito debetur honor latrariae, cultusque soli Deo debitus. Neque improbanda est illa adoratio, qua quod tempore celebrationis mysteriorum procedens iteratram: adorat deum regnante in celis, dummodo simus etiam adores Christum, in hostia sacra uere contentum. Sed si hunc eo posteriore modo adora-

Maiorē eu-  
charistiae  
quam uer-  
bis & lib.  
sacris ue-  
nerationes  
deberi.

EVCHARISTIAE. II. 115

re recusauerit: uana est illa eius in terram prostratio, & Christi in cœlo regnantis adoratio. Nam infidelitas illa & incredulitas cordis, abnegans honorem deo debitum in altari: adimit omnem fructum fuita: em illi prostrationi & adorationi praeditæ.

**H**inc impietatis plena dinoscuntur esse. q̄ tub-  
iungit hic Oecolamp. Dicant quæso, ingt, quid so-  
lus & ociosus in sacrariolo uel in arca Christus fa-  
ciat: ubi cū mulierculæ in primis superstitioni ob-  
noxia, cæreolis demereri credit: quoq; mouet a-  
nimos noctur: & quō non semper in promptu repo-  
nitur & sanguis: quemadmodū & corpus. Nā ad  
mouendos animos: non minus energiæ habet. Ipse  
quidem Christus tam panem q̄b uinum consecra-  
uit, & ritum illum instituit: referuationē uero ne-  
quaq; instituit. At qm̄ corpus & sanguinem com-  
mendauit Christus & a se inuicem discreuit, quæ  
natura non seiunguntur (neq; n. uiuit corpus sine  
sanguine, nec sanguis sine corpore: uiua, n. commē-  
dauit) manifeste ergo protestatus est in geminis si-  
gnis esse exemplaria rer, non res ipsas. Exempla-  
ria aut tam diu suum officium agunt, q̄ diu ratio-  
nem habent exemplarium, & nihil sibi timent ab  
acerositate uel uermiculis, uel putredine uel muri-  
bus. Hæc ille: Quibus haud difficile fuerit certo or-  
dine respondere. Et in primis nō est id dandum ad  
uersario, q̄ solus sit in sacrariolo, eucharistiæ q̄cō-  
ditorio Christus: sed ibidem consistit, multa ange-  
licorum spirituum frequentia (ut & in altari: cum sa-  
cra celebrantur missæ mysteria) stipatus. Nec oci-  
nus est illuc s.l. in sacrario Christus: sed idem quod  
in celis agens, cum non sit alius hic & illuc, sed u-

Ex cap. 15  
pri.lib.

P 3

## DE SACRAMENTO

Mat. 18.

tris qui in cœlis, cum p̄p̄ collaudant. Necq; est illud  
superstitioni, sed p̄p̄ religiositati & religiosæ pietat-  
i ascriendum: q; mulieres cæreolis & luminari-  
bus illic uenerari Christum studeant, atq; in eucha-  
ristia colere. Testatur. n. illa cæreor̄ accensio &  
oblatio, diuinæ eucharistiae facta: synceram earū  
fidem, deuotamq; mentem in deum. Noctu v̄o re-  
condita in sacrario eucharistia, & in illa pñs Chri-  
stus: religiosorum uiror̄ & mulier̄ mouet animos  
ad adorationem sui: qui secundū regulam suā mo-  
nasticam aut etiā ecclesiasticam, media nocte sur-  
no. Necnon eor̄ etiam mouet animos sacrosancta  
eucharistia, in ædibus sacris reposita: qui nocte in-  
tempesta quavis occasione uigilias agentes, syncer-  
em: corpore quidem absentes, & spū idem præ-  
sentes. ¶ At uero non ita reponitur in promptua-  
ctum eius corpus in hostia sacra, nam propter ef-  
ficiutius asseruatum: nō ita cōmode pōt in multis di-  
es custodiri sanguis Christi sub forma uini, sicut e-  
iusdem corpus sub forma panis: Et cū potissimū  
seruetur sancta eucharistia, ut deferatur ad infir-  
mos, cōionem sacram petentes ante exitum a vita  
præsente: & illi cōmunionem accipere non debeat  
ex recta & laudabili ordinatione ecclesiæ, nisi sub  
specie panis: par̄ admodū conduceret illa sacri san-  
guinis sub specie uini conseruatio diuturna. Neq;  
in ad mouendos animos uere fidelium in memori-  
am passiōis Christi: necessaria est illa uini sacris ser-  
uatio. Nam fidei catholicae documentis rite insti-  
tuti, firmiter credunt, sub specie panis etiam uerū

Psalm. 118

8  
Quare san-  
guis Chri-  
sti sub spe-  
cie uini nō  
reseruatur  
sicut ho-  
stia.

EUCHARISTIAE. II. 116

Christi sanguinem, immo & totum Christum contineri. Ex qua solida fidei basi, penitus evertitur totum illud machinamentum captiosum: quod hic concinnat Oecolampad. Nempe quis quantum ad signa, discreuerit Christus corpus & sanguinem suum & illud sub pane, hunc uero sub uino præsertim commendauerit, ut repræsentaretur effusio preciosi sui sanguinis a corpore proprio, in hora acerbæ passionis facta. Christum tamen attinet ad rem signatam, illa non discreuit: sed & una commendauit. atq; ad inuicem coniunxit. Nempe sub specie panis commendauit suum corpus: etiam sanguini illic coiunctum. & sub specie uini suum commendauit sanguinem: non qdem separatum illic a corpore, sed eidem uere coniunctum. Quocirca non sunt in hoc eucharistiae mysterio panis & uini duntaxat exemplaria & figuræ regi: ut hic colligit Oecolampadi. & perperam. sed sub illorum speciebus uere continentur res ipsæ, corpus, s. & sanguis Christi.

¶ Ad amplificandam Christi gloriā, testificandamq; eius in nos beneficentiam & eximium amorē, id pertinere, q; corpus Christi uere credatur esse in eucharistia. Ca. XI.

**D**ecima septima aduersarij obiectio.  
Contendunt quidam: gloriam Christi auctum iri fide nostra: si oīns in pane corporaliter credamus corpus, propter uerba quæ dixit: hoc est corpus meū. Sed timendum nō obis, inqt, est: ne fidem uocemus errorem & falsitatē, aut eam opinionem qua relata mente & dissentiente, proferimus ore, nos credere, ibi esse corpus; aut duplici corde & abituicē

Sub specie  
panis, etiā  
sanguinē:  
& sub ui-  
ni forma  
Chri cor-  
pus conti-  
neri.

Mat. 26

P 4



## DE SACRAMENTO

„ dis crep ante, ferimur ad eam fidem? Quare sufficiet, Christum pro nobis mortuum esse credere: cui ius corporis pro nobis oblati in cruce signum & memoriale, est panis altaris. Quid si ad corpus Christi in pane cogitemus: auertetur mens nostra a meliori cogitatione circa mortem & passionem domini. Hæc Oecolampad. ¶ Responsio Non est aspernanda & hæc ratio: quæ assignatur ad amplexandam libenter fidem de praesentia corporis Christi in eucharistia, ut s. eius gloria hic adaugeatur. Non n. par laudis inde accrescit domino: quod seruos habeat fideles, & uerbis suis sine hæsitatione credulos, omni noq; ueracem illum existiment. Quod uero timendum dicit aduersarius, ne fidem uidelicet uocemus errorem & falsitatem: ijs fatemur esse timendum, q; incredulitatis pulsantur uento, anticipetq; huc in medio æquore fluctuantis. Non autem est illud Fidei de cordibus suis infixam, quæ procellosis aquarum nec errorē uorticibus agitata, nequaquam auellitur. Est n. nec falsita illorum mens, tanquam rupes in medijs consistens re subesse. fluctibus: quæ quantumlibet tempestuosis quatia ma subnixi fide, persusum habentes indubitate il lud esse uerum, quod sancta ecclesia credendū proponit: certo cognoscunt, nec errorem, nec falsitatē posse subesse ei quod credunt. Necq; in eam ducuntur opinionem, qua ore tenus profiteantur se credere: mente tñ dissentiant & reluctentur ei qđ ore proferunt. Non n. esset ea fides, integra & uera: q nullam in corde sedem haberet aut locum, sed i labijs tantum consisteret, aduersante uerbis animo, & ore mendaciter illam credulitatem expromen-

Fidei de  
eucharistia  
nec errorē  
nec falsita  
re subesse.

## EVCHARISTIAE II 17

te. Siquidē ad firmam & illabefactā fidem regri-  
tur & incōcussa cordis credulitas, & cōsentanea il-  
loris professio: secundū beati Pauli sententiam, ad  
Romanos dicentis. Corde creditur ad iustiā: ore  
aut̄ confessio fit ad salutem. & iuxta illud prophe-  
tæ psalmographi uerbū. Credidi: propter quod lo-  
cutus sum. Quo insinuat, fidē ipsam corde primū  
firmā haberi debere: & deinde consona ipsi cordi  
locutione eandē esse explicandam. ¶ Deniq̄ neq̄  
uere fideles circa hoc augustissimū eucharistīæ  
mysteriū: duplici corde abinuicē discrepante ferū-  
tur ad eā fidē, quod ibi sit uere corpus Christi. uno  
qdem, cōsentiente uerbis dñicis: & altero, adhærē-  
te iudicio sensus, captusq̄ naturalis, & proinde  
discrepante prorsus a prore animi sententia Nā si  
qui tales essent, & ita circa id sacramentum affecti  
quantum ad iudicij rationem: iij duplici corde acce-  
derent ad dominum, contra Sapientis monitum,  
& maledictionem incurrerent: ac eodem Sapien-  
te sibi interminatam, neq̄ quicq̄ in ea credulitate  
petentes, obtinerent a domino: qm̄ non postularēt  
id ipsum, in fide uihil hæsitanter, quemadmodum  
beatus Iacobus in sua epistola canonica faciundū  
admonet. sed persimiles essent fluctui maris (ut i-  
dem ait) qui a uento mouetur & circumfertur. Et  
de eis uer̄ esset eiusdem apostoli uerbum: in eo-  
dem loco. Vir duplex animo: inconstans est in om-  
nibus uis suis. Sed ueri ecclesiæ filij & sine fictio-  
ne fideles, simplici corde & syncero suam tenent  
fidem: qua rejecto sensuum fallaci iudicio, & om-  
ni prorsus hæsitatione ambiguitateq̄ depulsa, cre-  
dunt diuina uirtute in eucharistia esse uer̄ Chri-  
sti corpus secundum substantiam & illud in spiri-  
tu & ueritate adorantes: protestantur ore, menti

P 5

Roma. 10

Psal. 115

Eccl. 1.

Eccl. 2.

Iaco. 1.

Idem.

## DE SACRAMENTO.

omnino consono, illam suæ fidei syncæritatē . Qd  
siqui aut mentē gerūt uerbis suis in ea professione  
diffonā , aut duplici corde feruntur ad fidem, ut ti-  
mendum esse dicit hæc obiectio; id nequaç̄ ex ip-  
sius fidei conditione naturaque prouenit, sed ex de-  
fectu atque imbecillitate fidei, cuius culpa, in illos  
prorsus est reiçienda: q̄ suæ fidei fundamentū nō  
locauerint supra firmā petram, sed sup arenam in  
stabilē & loco suo facile dimobilem. ¶ Proinde reiç-  
ciendū est prorsus , illam nobis ad salutē sufficere  
fidē. quam in præsenti cauillo proponit Oecolāpa-  
dius. qua credamus Christum pro nobis in cruce  
mortuū: & panē i altari sacratū, symbolū eē dūta-  
xat & signū corporis eius, in cruce pro nobis ob-  
lati. Hæc em̄, illius est fides, immo incredulitas &  
errorigniosus in fide : omnino ueritati catholicæ  
cōtrarius. Et nō est etiā hæc Oecolampadiana sē-  
tentia: ipsius ecclesiæ sanctæ fides. sed ea potius ha-  
benda est orthodoxa omniū & totius ecclesiæ  
syncærā fides: q̄ hoc uersu hymnico ipsa mater ec-  
clesianostra uenerabūda deo profitetur , de sancta  
eucharistia loquens. Panis iste dulcedinistotus ple-  
nus & gratiæ: alio gestatus virginis rex est æter-  
næ gloriæ. Et quam beatus Thomas Aquinas, do-  
ctrina & uitæ sanctitate celeberrimus , sub eleua-  
tiōe salutaris hostiæ & calicis dominici in celebra-  
tione sacri mysterij missæ (cum illa ab alio quopi-  
am perageretur: & ipse illi interesset) protestari est  
solitus: deuota huius cantici ecclesiaſti lectione.  
Turex gloriæ Ghriste. Tu patris sempiternus es  
filius. & reliquo illius hymni uersuum ad finem  
usq; continua prosecutione . Demū ad illud quod  
subnectit præsens obiectio, nos p attentionē ani-  
mi ad corpus Christi, auersum iri ameliore cogit

Thomas.  
Aquinas .



tatione circa mortem & passionem eius: responsum  
iam est prius in praesente libro, neque quicquam datae  
responsioni adjiciendum hic est. ¶ Decima octaua  
obiectionis. Assignant aliqui rationem aliam: ob  
quam uoluerit Christus in eucharistia, sui corpo-  
ris relinquere praesentiam. utpote ut suam in nos  
eximiam demonstraret charitatem & beneficen-  
tiam, seipsum nobis uere praesentem relinquendo:  
quo imflamemur ardenter in eius amorem, & tam  
preciosum donarium synceriore prosequamur affe-  
ctu. Verè si carnis praesentia ad inflammandum a  
morē tam opere pertinet: quae benignitas est Chri-  
sti, non se magis conspicuum quam absconditum no-  
bis offerre: eo quod uisa creditis magis mouet no-  
stram infirmitatem. Verè quem non ad amorem ra-  
pit, sedentis ad dexterā patris gloria; qd afficiet uix  
credibilis in pane humilitas: qd in qua officia hu-  
militas illa quæ antea non emolliuit ignominiosa &  
& amara innocentissimi crucifixi mors? Sufficit  
certe acerba Christi passio, qua tradidit seipsum  
in mortem ut nos uitificaret: ad extundendum nos  
in sui amorem, testificandamque suam in nos bene-  
ficiantiam. Sufficit & immortalis eius ad dexterā  
patris gloria: ad rapiendos animos nostros in sui  
desiderium, neque ad hoc opus est nobis corpo-  
rali eius praesentia in eucharistia, humilitatem po-  
tius quam gloriam praese ferente. Hæc Oecolam  
padius. ¶ Responsio. Duæ ille ratiōes a catholicis  
assignari solitæ, quas afferit obiectionis: sine refraga-  
tione sunt recipiendæ. quandoqdem eas Urbanus  
quartus in commendationem sancti mysterij eu-  
charistiae præsertim adducit: cū in Clementis cō-  
stitutionibus, titulo dereliquijs & ueneratione san-  
ctorum, cap. si dominū, de charitate dei, nobis in hoc

Capite. 2.

Urbanus.  
quartus.

## DE SACRAMENTO,

sanc*tissimo* sacramento dem*onstrata*: a*it*. O divini amoris i*mensis*ta*s*, diuin*a* p*ietatis* su*e*, abunda*tia*; diuin*a* affluentia larg*i*tati*s*: Dedit enim nobis d*omi*n*is* o*ia*, q*uod* subiec*it* sub pedibus n*ost*ri*s*; & sup*er* uniuers*as* terr*a*e creatur*as* contulit nobis domin*ij* pr*incipi* patum . Ex ministeri*s* etiam spiritu*u* super*or*is*n* b*ilicat* & sublimat homin*i* dignitatem. Admistrator*j* nan*q* sunt om*n*es, in ministerium propter eos q*uod* h*ereditate* salut*i* capiunt, destinati. Et c*u*t*a* copiosa fuerit erga nos eius munific*e*ta*s*, uolans a*du*c*it* ipse in nobis suam exuberant*e* charit*a* te*p*r*incipial* liberalitate m*o*strare: semetipsum nobis exhibuit. & transcendens omn*e* plenitudinem la*gitatis*, omn*e* modu*l* dilectionis excedens; attribuit se in cib*u*. De munific*e*ta uere Christ*i*, in hoc nobilit*o* donario, munere*q*, singulari*u*, nobis exhibita*ta*: id*e* V*rbanus* continuo in eod*e* loco subiungit. O singularis*&* admiranda liberalitas, ub*i* donator uenit in donum: & datum . est idem peritus cum datore. q*uod* larga & prodiga largitas: cum tribuit q*uod* seipsum. Dedit igitur nobis se in pabulum: ut quia per cibum, in mortem homo corruerat: & per cibum ipse relevaretur ad uitam. Cecidit h*o* p*er* cib*u* ligni mortifer*s*: relevatus est h*o* p*er* cib*u* ligni uitalis. In illo pependit esca mortis: in isto pependit uit*a* alimentum. Illius elus meruit l*æ*isionem. istius gustus intulit sanitatem. gustus sauciauit; & gustus sanauit.

Vide quia unde uulnus est ortum: prod*it* & medela. & unde mors subi*ps*: exinde uita evenit . De illo siquid*e* gustu dicitur. Quacun*q* die comederis: morte morieris. De isto uero legitur. Si quis comederit ex hoc pane: uiuet in aeternu*m*. H*ec* ibi. Quo*q* postrem*a* sententi*a*, elegati carmine Sedulius poeta Christianus admodu*m*

V*rbanus*  
quartus.

Psal. 8.

Hebræ. 1.

Idem V*rbanus*.

Gene. 3.

Gene. 2.  
Ioan. 6.

## EVCHARISTIAE. II. 119

insignis, complexus est; ita ad Christum uerba dirigeantur. Qui per euutē hoīem ueritati dulcedine poni: Instauras meliore cibo potucq; sacrati.

Sedulius.

Sanguinis infusum depellis ab angue uenenum.

7

**C**at uero (ut ad reliqua in præstigiis obiectione proposita: suo ordine achi beamus responsionem) non fuit expediens nře saluti, quod exhibuisset nobis assidue Christus sui corporis præsentia in forma cōspicua & uisibili: quo nos amplius in sui inflam maret amore. Nā tūc adēpta nobis fuisset materia meriti circa fidē huius sublimis mysterij: q; est de ijs q; sensui nō subiacent, nec ratione capiuntur humana. Fides em̄ non habet meritum, teste Gregorio: ubi humana ratio capit experimentū. Repugnat itidē corporalis illa Christi præsentia (si sub forma uisibili cōtinue nobis hic exhibetur) præfeti re statui & conditioni: in qua uidemus per speculum & in ænigmate tñ, atque per fidem ambulamus & non per speciem. Perinet enim huiusmodi uisio corporalis præsentiae, ad qualitatem & statum cœlestis patriæ: ubi facie ad faciem uicietur deus deoꝝ in Sion, positoq; omni uelamine conspicitur rex regum Christus in decore suo. Consuluit itaq; mir in modum dominus noster profectui nostro & commodo spirituali cum in hoc peregrinatio[n]is nostræ stadio & se præsentem exhibuit: ut ardenter illius raperemur amore, & inuisibilem in forma propria seipsum nobis præbuit, ut nostra haberet fides suum meritum: & huius militiae status congruum sibi seruaret modum & ordinem, neque ad triumphantis ecclesiæ eucheretur dignitas & gradum. Necq; difficemur, igniminosæ mortis Christi memoriam, pios animos acriter exercitare in illius amorem, nechō insignem eius con-

Gregorius

I.corin.15.

Psal. 85.

## DE SACRAMENTO,

sidentis ad dexteram paternæ maiestatis in excel-  
sis gloriam: magnū etiam dilectionis in illum, præ-  
stare fomentū. Verè superaddita hisce duobus my-  
sterijs uera eiusdē præsentia secundū substantiam,  
in eucharistia: adiçit nouā flammā illi sancto amo-  
ri, feruenti usq; excitat pias mentes in sincerū affe-  
ctum ad ipsum. Perinde atque si unū & alterū ad-  
moueas igni lignū aridū: concipitur flamma & e-  
nutritur eo somite, sed ubi tertii aut quartum adie-  
ceris eidem foco lignū: quanto il'i sub ministrare  
ris alimenti, tanto magis adaugetur & excrescit  
ignis. Hæc itaq; præsentia corporalis Christi: pabu-  
lū quoddam est pingue & succulentū, quo succen-  
sa prius flamma inualeat amplius, incitetq; fide-  
lē animā: ut gratulabunda ipsi sanctæ ecclesiae cōci-

Esaiae .12.

nat id canticum propheticum. Lauda & exulta  
habitatio Sion: quoniam magnus in medio tui san-  
ctus Israel. Cepte magnus in medio nostri: st ipse  
sanctus sanctorū & deus Israel, omniumq; syncæ-  
ratide deum uidentium: cum forma panis obte-  
ctus suam nobis exhibet præsentiam, nostrum so-  
latur exilium, nostraq; peregrinationis dux est &  
socius. Vnde & eadem pia mens effusa toto ast-  
etu in deum suum: ob admirandam ipsius erga nos  
in hoc sacro mysterio dignationem: eadem intimo  
corde & hanc profundit pia laudis confessionem,  
ex Esaia de promptam. Vere tu es deus abscondi-  
tus: deus Israel saluator. Absconditus inquam: in re-  
gio sanctæ eucharistiae tabernaculo, cuius candor  
o deus Israel saluatur, purissimā nobis indicat tuæ  
humanitatis innocentiam: macul'æ prorsus immu-  
nem. Circularis uero eiusdem hostia figura, prin-  
cipio & fine carens: initij etiam & finis nesciā tuæ  
deitatis aeternitatē nobis conuenient & symbolo re-

Esa.45.



præsentat. ¶ Demum hæc admirabilis Christi in  
sacra eucharistia uere præsentis, condescensio ad  
nos & humilitas: non subiacet amplius signominia  
neque passioni ulli est obnoxia, sicut fuerat  
an peractū nostræ redēptionis in cruce mysteri  
um. sed omnino gloriōsa est illa humilitas & hono  
rifica: immo celsitudinem gloriæ ipsius adaugens  
Et ergo nullo pacto repugnat statui beatitudinis  
eius neque eam obscurat: sicut neque perpetua hu  
mā anæ nature ad diuinam, in ipso unio. Sed hac de  
re: in sequenti capite latior ac diffusior futurus est  
sermo.

¶ Sacrum Christi corpus cū māducatur in eu  
charistia, neq; dentiū aut stomachi iniurijs  
exponi: neque in corporis eāsumentis trans  
ire substantiam,

## Cap. XII.

**D**Ecim anona aduersarii obiectio. Nō  
necessariū est ut sicut carnaliter caro  
Christi oblata est: ita & carnaliter pas  
cat. Maior certe est gloria carnis illi  
us benedictæ: q̄b ut dentiſi & stoma  
chi iniuriis se exponat, si uisib; iliter siue inuisib;iter  
quis id fieri dicat. Non enim parua humiliatio est:  
si uel intacta, in uenbris pistrina descendat caro illa:  
q̄ ad dexteram dei collocata est. Tempus autem  
humiliationis præterit: & glorificationis tempus  
adest: Quare sola spiritualis manducatio & fides  
uerboꝝ dei, cum contemplatione sufficit: q̄ reddat  
nos suo mō hic beatos sicut angelus dei. Hæc Oe  
colampadius. ¶ Responſio. Si intelligat aduersari  
us nō uecessarium esse quod nos sacra Christi ca  
ro pascat carnaliter: id est secundū uisib; carnis  
formā, oculis humanis obiectam, sicut fuit in cru

Quō cor-

2

pus Chri  
ſti nos pas  
cat carnali  
ter: & quo  
mō non,

## DE SACRAMENTO.

ce immolata: id libenter ei annuimus . quandoqđe  
talē ex carne Christi pastum quārere inhūmanum  
prorsus foret & horridū. Si præterea intelligat etiā  
nō esset opus, quod nos eadem Christi caro pascat  
carnaliter: id est secundū modū naturalē & sensibi  
lē, quo uirtutis altricis efficacia transeat ipsa in no  
stræ carnis substantiam, more aliorū ciborū corpo  
raliū: q̄ conuertūtur in eius quod nutritur naturā,  
& illud etiam illi ul̄tro admittimus. Nēpe ut in lo  
co illo Clementinæ constitutionum, præclara sa  
cramenti eucharistiæ præconia cōtinente, & iā sa  
pius citate: dicit Urbanus quartus. hic est cibus q̄  
plene reficit, uere nutrit, summeq; impinguat: nō  
corpus sed cor, nō carnem sed animam, nō uentrē  
sed mentē. Et paulo post. hic panis sumitur: sed ue  
re nō cōsumitur, manducatur, sed non transmuta  
tur; quia in edentē minime transformatur, sed si di  
gne recipitur: sibi recipiens cōformatur. Cui cōso  
nat Anselmus: in libro de corpore & sanguine  
Christi dicens. Sumpta ore carnis nřæ caro Chri  
sti: nequaquam æstimanda est lege communium  
ciborum. hic enim cibus non est uentris sed men  
titis: dissimilis omnino ab illis cibis, de quibus dici  
tur. Omne quod in os intrat: in uentrem uadit, &  
per secessum emittitur. Hic est cibus qui non ua  
in corpus: quia nequaquam sicut alij cibi, in natu  
ram ueritut corporis, sed corpus nostrum in su  
petuæ incorruptioni illud præparans & coaptans  
& in nobis est: & ubi erat, scilicet in dextera dei  
patris. Hæc ille. ¶ At si intelligat, obiectas, nō esse  
necessariū quod caro Chri nos pascat carnaliter:  
id est secundū ipsius carnis suæ ueritatem & præ  
sentia corporale, sed solū spiritualiter p̄ gratiam

Urban. 4

Anselmus

Matth. 15.

## EVCHARISTIAE. II.

1212

spiritus & uirtutem, sine uera eius substantia ibidem præsente: id prouersus inficiandum est. cum interminetur dñs nobis uitæ perpetuæ priuationem nisi eo mō & secundum ueritatem substantiæ, car nem eius manduauerimus. cum ait apud Ioannem: Nisi manduaueritis carnem filij hominis & bibe ritis eius sanguinem: nō habebitis uitam in uobis. Necq; per huiusmodi manducactionem, exponitur ipsa sacrosancta Christi caro iniurijs dentium, aut stomachi: ut assunit præsens obiectio. qm̄ ipsa secundum suam substantiam nec detium morsibus atteritur: nec nativo stomachi calore concoquitur, aliorū more ciborū, cum sit impassibilis & incorruptibilis atq; immortalis: sed accidentia tantum & species sub quibus sacra Christi corpus continetur dissecantur dentibus, & digeruntur in stomacho: sine aliqua tñ læsione, iniuria aut diuulsione domini corporis. Porro qm̄ diuina uirtute per consecrationē hostiæ, corpus Christi sub speciebus panis continetur: tam diu (secundum insignium doctorum theologicas inquisitiones discutientium sententiam: admodum rōnabilem & iure amplecten dam) manet sub illis speciebus sacram Christi corporis: quamdiu illæ manent in sua dispositione naturali, in qua panem affecerunt, eundemq; afficerent: si conuersio illa admirabilis per consecrationem in eo facta non esset. siue (quod idem recidit) quamdiu sub illis speciebus maneret & conferueretur substantia, formaq; substantialis panis, si ad huc ibidem adesset. Cum uero prædictæ panis species p demutationem in ipsis facta decidunt a sua nativa & propria conditione, eo qdem mō, q; sub ilis amplius nō maneret forma panis substantifica, si nulla fuisset in eo prius facta per consecrationem

Q

Q; diu sub  
speciebus pa-  
nis, manet  
corpus  
Christi.

## DE SACRAMENTO

conuersio: tunc etiam illic desinit esse corpus Christi: q̄ desinente signo: etiam secundum suam rationem signatum desinere soleat. Quocirca nullum putari debet incommodum, nec absurdū illud existimari; si admittatur sacrum Christi corpus ī eucharistia & in uentrem manducantis ipsum descendere, & in stomachum, cum species ipsæ sacramenta les, & in uentrem demittantur & in stomachum: illicq; aliquantulo tempore (ut uero est simile) in columnis ac inde mutatae permaneant. Neque illud quoquo ignominiosum est aut dedecorum glo- rioso Christi corpori: ut quod exinde nullam contrahat aut labē aut maculam, sicut neq; ullam col luuiem: si in locum sordidum aut immundū p̄ negligientiam decidere sinatur, aut per impietatem pro hiciatur. Vnde infirma dinoscitur esse aduersarij ro- cinatio quam hic subtexit: prōponēs maiorem & quo uideri gloriosæ Christi carnis humiliationem, si ad mittatur in uentrem sumentis eam descendere. qn̄ quidem ex huiusmodi demissione ipsius in uentre diminutio. Ut neq; extenuata fuit sacri corporis Christi excellentia & eminentia, eo ipso: q; in uir- ginali sacratissimæ suæ matris utero totos nouem menses substiterit & requicuerit. Veruntamen illud insuper est tenendum, q; sanctissimum Christi corpus, siue uentre sumentis siue stomacho rece- ptum: nequaquam more alimenti corpora sis & na- manduauerit, per natuam concoctionem aut di- gestionem. Nulli siquidem demutationi aut conser- sioni in alienam substantiam: ipsum iam immorta le, impassibile & gloriosum corpus est obnoxium.

4.

Corpus  
Christi: in  
uentrē su-  
mentis  
ipsum & ī  
stomachū  
descendere

In libro secundo de sacramentis: cap. decimotertio octauæ partis, ita de dignissimo eucharistiae sacra mēto loquens. Cibus iste: aīæ, nō corporis est. Nō li in illo q̄rere consuetudinē cibi corporalis. uenit ad te ut comedatur: nō ut cōsumatur. uenit ut gu stetur: non ut corp oretur. Augusti. uocē de cāelo audiuit: quia hoc a terrenis illi dici aut responderi nō potuit. Cibus sum grandiū: cresce & manducabis me. non ut me mutes in te, sicut cibū carnis tuæ: sed tu mutaberis in me. Hec ibi. Ecce testimoniū probatissimū, ab hominibus, ecce testimonijū de cāelo: quod cibus iste sacratissimus quantū ad substantiā corporalem carnis in eo p̄sente, non transmutatur in nos: nec in nostrā cōuertitur natu rā, more naturalis alimēti. ¶ Proinde rejiciēdi sunt prorsus ut inepti ac insulsi, q̄ arbitrantur p̄ mādu cationē ueræ carnis Christi: ipsum corpus eius de bere nostrā ingredi carnē secundū suā substantiam illiq̄ per insitionē quandam uniti, ut cibus corporal is post sui concoctionem unitur corpori anima to: quod ab eo nutritur. Est enim haec, crassa nimirum cogitatio, & supinæ mentis: quæ super cœlestia sunt carnaliter metientis, & non dijudicantis neque discernentis corpus domini a communibus cibis. Enim uero spiritualis est cibus (in quo tamen corporaliter & secundum ueritatem corporalis substantiæ: caro Christi sumitur) non traducitur in qualitates & proprietates corporis humani. sed e diverso suas qualitates gratia rumq; dona, in eum qui digne ipsum manducat, transfert: animam eius replens charismatum munib; & corpus ipsum ad incorruptionē glorio famiq; immortalitatē suo tempore percipiendā p̄sant, quemadmodū ex Anselmo iā est auditum

Q 2

Hugo de  
sancto Vi  
ctore.

S

Corpus  
Ch̄ri non  
transire in  
n̄i corpo  
ris substā  
tiam.

## DE SACRAMENTO

Præterea, sacratissima Ch̄i caro effrenes nostræ carnis concupiscentias: iram, gulam, libidinē, trans fusione suæ uirtutis (ut ita dixerim) in corpora nostra, sedat, mitigat, & comprimit. Ut salutare censem debeat & rectum eorum monitum: qui contra graues carnis tentationes consulunt utendum esse frequenter antidoto sacrofæcæ eucharistiae, cuius efficacia: restinguantur in nobis incendia libidinum.

Nec id quidem: ab re admonent. nā cum cibis corporalis suas qualitates salutares & nativas transmitat in sumentes ipsum: nonne & cibus iste spiritu

lis atq; coelestis, utpote caro Christi purissima &

ex uirgine matre sumpta, in qua munditiæ uirginis oīmoda est exuberantia: hanc puritatis suæ

transfusionē in eos q; digne ipsum sumperint, eti

am opabitur? ¶ Et quis eximiæ humilitatis Christi id sit argumentum, q; patiatur se manibus hu-

manis in eucharistia cōrectari, sumiq; ore & mā

ducari: hiū tñ humiliatio nequaquā derogat aut

præjudicat gloriæ carnis eius sacratissimæ in cœ-

lo. qm nec ignominia cōiuncta est nec passionis i-

uriæ: sicut an horā suæ resurrectionis fuerat: Præ-

terijt qdem tēpus humiliationis illius, qua factus

est pro nobis opprobriū hoīm & abieccio plebis:

quoniā tempus glorificatiōis iā adest, cui talis hu-

miliatio repugnat. Non tamen præterijt tēpus hu-

miliationis glorioſa: qua sine extenuatione dimi-

nitioneq; suæ gloriæ, imo cum illius augmento,

ita condescendit hoībus: ut se ab eis tangi & man-

ducari sinat. Non. n. contaminari potest immuni-

ditij earum partium corporalium a qbus contin-

gitur: si qua fortasse in illis essent inquinamenta. ut

nec solis radius polluitur sordibus feculentæ ma-

teria corpori inferiori; qbus irradiat & superfun-

6  
Hūilitatez  
Chri in eu-  
charistia;  
nihil detra-  
here eius  
gloriæ  
Psalm. 21.

ditur. Sed nonne cum nostræ naturæ formâ assump-  
psit dei filius in unitatem personæ: humiliavit se  
met ipsum, formâ servi accipiens & habitu inuen-  
tus ut hō? Et qm̄ perpetua est illa uerbi dei cū hu-  
mana natura unio: atq; indisseparabilis: perpetua  
est etiam illa humiliatio, qua infinitum finito, im-  
mensum circumscripto, & æternum non æterno,  
ineffabiliter coniunctum est. Huiusmodi tñ nunq;  
desitura humiliatio, nequaq; glorificationi Christi  
aduersatur, imo eam reddit sublimiorem & excel-  
lentiorem. Haud secus & hæc condescensionis be-  
nignissimæ Christi ad nos, qua se nobis in cibum  
communicat, humiliatio: non est cōtraria eius glo-  
rificationi neq; eam obscurat, quin potius efficit  
eam cumulatiorem & ampliorem. Quocirca ab-  
negandum est prorsus, solam mandationem Eu-  
charistiaæ spiritualem cum fide uerbor; dei: ad salu-  
tem nobis sufficere, cum ad sacramentalē sumptio-  
nem nos Christus sub graui cōminatione obstrin-  
ixerit, dicens: Nisi manduaueritis carnem filij ho-  
minis & biberitis eius sanguinem: non habebitis  
vitam in uobis. Cum etiam frequētandum eucha-  
ristiaæ mysterium apostolis mādauerit dñs noster  
his uerbis. hoc facite in meam cōmemorationem.  
Cum deniq; ecclesiastico instituto, fideles adiuti:  
quotannis ad illius sacramēti sumptionē sint astri-  
cti. Neq; fides uerbor; Christi, sine operibus man-  
dator; eius, & obedientia tam ei q; ecclesiæ ipsius  
præstanda, ad salutem sufficit: sed ociosa est & in-  
anis atq; mortua, quoniam charitati non est cōiun-  
cta. Certe B. Paulus fidem per charitatem opera-  
tur: affirmat esse accommodam & utilem ad salu-  
tem. At qui deum & ecclesiam aspernatur: quo-  
modo hanc habet fidem.

Philip. 2

Ioan. 6

Luc. 22:2

Iaco. 2

Gala. 5

Q. 3

## DE SACRAMENTO

¶ Sacrum Christi carnem digne manduca-  
tam, animæ nostræ nō ingredi substantiam,  
neq; in eam traduci: sed copiosis gratiar; do-  
nis eandem locupletare, & spiritualem red-  
dere.

Cap. XIII

**V**icesima aduersarij obiectio. Puerile  
& iepsum est opinari: q; in animam  
nostram ingrediatur caro. Quō enim  
anima, capax est carnis: quæ non est  
corpora, nec locum præbet corpo-  
ri? Caro autem: non est nisi in loco. Insuper si omne  
quod ex carne est, caro est: si caro Christi, mandu-  
catiōis carnalis mō animam pascit: animam ergo  
carneam facit, & iam non perficit eam, sed infirmi-  
orem reddit, cum animæ expeditat ut spiritualis e-  
uadat ac diuinā: quod assequitur unione uerbi po-  
tissimum. Est igitur cibus animæ mysticus: cor-  
pus Christi pro nobis immolatum, & uerbū eius  
quod pollicetur remissionē peccator; & sanguis  
eius: confirmatio noui testamenti. Nec scdm ue-  
ram carnis substātiā: corpus dñicūm a nobis in  
eucharistia sumitur: Hæc Oecolamp. ¶ Respōsio  
Videtur aduersarius in hac obiectūcula multum  
persimilis esse Nicodemo: principi Iudæor; q; cum  
audisset a dñō nos oportere nasci denuo, atq; renas-  
ci ex aqua & spiritu sancto: stupida mente & car-  
nali sensu illud comprehendens, interrogavit, quō  
posset hō nasci cum sit senex, & nunquid in uentre  
matris posset iter ato introire & renasci. Qm̄ q; de  
spirituali dicta fuerant regeneratione: crasso inge-  
nio, de corporali tantū & carnali accipi debere na-  
cuitate, putauit. Haud aliter Oecolampad, quoniā

Ioan. 3

Ioan. 3



audiuit ex euang. Ioannis, ueram Christi carnē secundum substantiam, cibum esse animā: protinus in eam incidit opinionem, nequaquam id fieri posse: nisi animam nostram ingrediatur Christi caro secundum suā substantiam, inferaturq; illi re ipsa: quē admodū cibus illi quod nutritur, quinimo nisi traducatur ipsa Christi caro in substantiam animae nostrae: illicq; coalescat & fiat intima. Verē hæc omnino, carnalis est intelligentia, mētisq; prorsus crassæ & supinæ: non attendentis cōditionem qualitatē & modū huius supcœlestis cibi. qui et si corporaliter. i. secundū ueritatem substantiamq; ueram corporis Christi sumatur ab anima: non tamen mandationis carnalis more (ut putat obiectans) subit animam: sed modo penitus spirituali, quoniam replet eam gratia & donis suorum charis matum. Et ita non ipsa Christi caro transmutatur in animam: sed potius contra, anima in ipsam transit alimēti sumpti naturam secundū qualitates spiritualiæ, & fit quodam mō Christiformis. Perinde atq; si ferrę igni iniiceris, quod fiat ignitum & fervore igneo candens: non ipse ignis transformatur in ferrę, sed e diuerso ferrę ipsum induit qualitates ignis, ardorem, candorem, luciditatem, & cæteras eius conditiones. Est. n. caro Christi in eucharistia digne sumpta: ut ignis rapidus & effeuens. Ania uero eam rite sumens: est ut ferrum igni excandes cens, & quod ab igne mutuatur illius proprietates eiusq; speciem præfert. ¶ Proinde libenter id aduersario tribuimus: q; animam nostram non ingreditur Christi caro secundum substantiā, tanquam suum receptaculum, in quo continetur tanquam locatum in suo loco. Illud enim nequaquam est cōsequens; ad ueram corporis CHRISTI in eu-

Non carnē  
Christii animā, sed  
cōtra aiam  
in eā spiritualiter  
mutari,

Q 4



## DE SACRAMENTO

charistia manducationem. Sed uirtus ipsius uitriſt  
cæ carnis & diuinitati unitæ: mētem ipsam digne-  
ſumentis ſubit & penetrat mō quodam ſpirituali,  
& eam ſanctificat. Attamen inficiamur, q̄ eadem

Carnē ch̄ri  
nō reddere  
āiam ſumē  
tis eā, carn-  
alem.

sacra caro reddat animam manducantis carneam  
aut carnalem. ſiue id ſecundum ſubſtantiam intel-  
lexeris, ſiue ſecundum proprietates carnis, & cō-  
cupiſcentias. Non n. caro Christi traducitur in ani-  
mæ ſubſtantiam: ut ex ipſa ſumpta carne tanquā  
parte ſubſtantifica aut integrali, componatur ani-  
mæ noſtræ natura. Abſona; n. nimis, & obtuſi ani-  
mi: eſſet huiusmodi cruda intelligētia. Neq; etiam  
manducata Christi caro, ingerit animæ noſtræ cu-  
piditates ac deſideria carnis: quemadmodū cibus  
corporalis & delicatus abunde ſumptus. quinimo  
maxime eam auocat & abducit a concupiſcentijs  
& uitjjs carnalibus: redditq; ipſam magnōe ſpi-  
ritualem. Quoniā. n. ipſa Christi caro ſummae eſt  
puritatis & munditiæ, hanc uim ſuam tranſfundit  
in animam, atq; purificat eam a cōtagijs & ſpuri-  
tijſ carnis, mira efficacia. ¶ Neq; uero id cōsequēs  
eſt ad ueram carnis Christi manducationem: q̄ a-  
nimam ſumentis ipſam reddat carneam aut carna-  
lem, aut uno aut altero mō iam ſupra dicto. Quo-  
niā ea propositio euangelica, quod natum eſt ex  
carne, caro eſt: intelligitur ad literam de genera-  
tione ſecundum carnem, & (ſi ita extendere lubet  
illius ſenſum) de nutritione naturali ex carne, mō  
quodam corporali & cōmuni. q̄ ipſa nutritio: par-  
ticulari etiam generationi ſit coniuncta, ut norunt  
physici. Quod enim ex carne, iuxta naturæ legem  
gignitur, caro eſt: & quod ex carne, modo natura-  
li nutritur, etiam caro eſt. Atqui in manducatione  
ſancta corporis Christi; neq; generatio eſt ex car-

Ioan. 5



ne, neq; etiā nutritio naturalis. quare ex ea propo-  
sitione nihil conficitur: quod obuiet sacramentali  
corporis dominici mandationi. Quocirca nō est  
admittendū, quod corpus Christi pro nobis īmo-  
latū: dūtaxat sit mysticus cibus, ad sensum Oeo-  
lāpadij. sed ingenuē cōfitendū: q; ipsum in eucharis-  
tia sumptū etiā est uerus animæ cibus, secundū  
illud domini uerbū in euāgelio. Caro mea, uere est  
cibus. Adiūciendū est insipr: q; præter uerbū Chri-  
sti quod pollicetur remissionem peccatorū, & testa-  
tur sanguinē ipsius esse confirmationem noui te-  
stamenti: aliud adhuc exposicatur ad salutem. s. mā  
ducatio corporis eius in ueritate: secundum uerbū  
ipsius, id fieri præcipiētis. ¶ Vicesima prima ob-  
iectio. Beatus Ambrosius in epistola sexagesima  
secunda testatur: uerbo dei & sapientia p̄alci ani-  
mam nostram. Et idem super psalmo, beati im-  
maculati, plane perhibet fide satiari hominem in-  
ternū: atq; ita ipso Christo. Quid igitur opus est  
nobis ipsa Christi carne, quæ subeat animam no-  
stram: cum præter eam: cōueniētes suæ nature ha-  
beat anima rationalis cibos spirituales. Rursum  
Origenes super Matthæum dicit, quod panis ille  
quem dat nobis deus: est uerbum Christi, & hic  
panis est solum mysticus. Idem quoque super Le-  
uiticum ait, quod non solum in ueteri sed etiam in  
novo testamento: est litera q̄ occidit. Si enim secun-  
participationis gloriæ cœlestis, & effigie quadam  
accipitur: quæ nobis hic sub uelamine exhibetur  
in hoc sacro coniuicio, in quo Christus sumitur,  
ubi futuræ gloriæ nobis pignus datur & præliba-  
tio quædam. Veritas autem rerum in prædicta o-  
ratione ecclesiæ, pro aperta & clara supernæ glo-  
riæ communicatione sumitur: in qua non amplius  
sub uelamento specie panis & uini, sed facie  
ad faciem Christus uidebitur, quem nunc solū per

Fides sola  
ad salu. nō  
sufficit.

Quid i ora-  
tione qua-  
dam ecclæ  
siæ: per spe-  
ciem & re-  
rum ueri-  
tatem ite-  
ligitur.

I. Cor. 19

S 2



## DE SACRAMENTO

speculū & in ænigmate uidemus.' Petit itaq; in su  
pra dicta oratione deprecatoria, ecclesia catholica  
q; diuina sacramenta in missæ celebrationē pcepta,  
perficiant in nobis per apertam rei exhibitionē idī-  
psum, quod cōtinent sub quodā integumento. Ut  
qm̄ Christum uere continent, obiectū tñ: eundem  
demum exhibeant in cœlesti gloria reuelatum. In  
qua quidem exhibitione aperta, id perficietur: qđ  
nunc inchoatur in nobis. Petit itidem ecclesia san-  
cta per eandem orationem: ut gloriæ perceptionē  
quā nūc sub quadam imagine prægustamus, uer  
Christi corpus in eucharistia percipiendo, per quā  
deo inuisibiliter inserimur, tādem assequamur nu-  
da & aperta dei uisione, quæ est ueritas rei: i hoc  
admirabili sacramento sub specie quadam exhibi-  
tar. Et hoc ipsum etiam insinuat ecclesiasticū of-  
ficiū, per hanc orationem postremam: in myste-  
rio missæ ac solennitate sacramenti eucharistiæ di-  
ci solitam, ad dominum nostrum, tanti munera au-  
torem ac indultorem. Fac nos quæsumus domine,  
diuinitatis tuæ sempiterna fruptione repleri: quam  
preciō corporis & sanguinis tui temporalis per-  
ceptio præfigurat. Est itaq; in supersancta eucha-  
ristia, & ueritas & species: ad diuersa referendo.  
Veritas quidem corporis Christi: sub uisibilibus si-  
gnis uere cōtentī. Species uero & similitudo quæ-  
dam apertæ uisionis & participationis diuinæ: in  
cœlesti gloria futuræ. Cuius speciei ueritatem, ple-  
namq; & nudam uisionem, petimus in utracq; ora  
sacramentorum deniq; nobis exhiberi, in superna  
ciuitate Hierusalem. Quam & ipse pro sua boni-  
tate nobis annuat: qui pignus illius percipiendæ, in  
eucharistiæ reliquit.

In euchar.  
& ueritatē  
esse & spe-  
ciem: tōe  
diuersor.



¶ Per hæc domini uerba, spiritus est quiuiui  
ficat, caro non prodest quicquā. nequaquam  
prohiberi aut negari manducationem cor-  
poris Christi sacramentalem. Cap. XVII.

**V**Icesima octaua aduersarij obiectio.      "

Ante omnia ne tam crassum quiddam      "  
de coena dominica sentiamus: uerbū      "  
dñi, spiritus uiuificat: caro nihil pro-      "  
dest. tanq̄ angelus igneo gladio arma-      "  
tus obsistit. Etem breui illo dicto, nō minus a car-      "  
nali manducatione abducimur: q̄ Nicode. ne car-      "  
nalem regenerationem animo suo conciperet, cū      "  
diceretur ei: Quod ex carne est, caro est. Et sicut i-      "  
fusum fore, si quis pro Nicodemo argutaret, car-      "  
nem senis, uisibili mō in uterq; ingredi denuoc; na-      "  
sci: non assenserim: sed potentia dei eam inuisibili-      "  
ter introire & renasci: forte nihil prohibet. quis il-      "  
lum non rideret? In genere. n. cauetur, ne quid tale      "  
sentiamus: dū dicitur. Quod ex carne est, caro est.  
Hæc Oecolampad. ¶ Responsio. Hæc tota ratioci-  
natio: ex uerbis illis domini, pronunciantibus spi-  
ritum esse qui uiuificat, & carnem nihil prodesse  
perperam intellectis, proficiscitur ac procedit. Nō  
. n. illa uerba de māducatione carnis Christi intel-  
liguntur: neq; designant illam nihil prodesse. Alio-  
qui contraria essent uerbis illis Christi: paulo ante  
præcedentibus. Nisi manducaueritis carnem filij  
hominis & hiberitis eius sanguinem: noui habebi-  
tis uitam in uobis. Si. n. nullū salutis afferret pro-  
fectum manducatio carnis Christi: cur eam domi-  
nus sub interminatione iacturæ propriæ salutis, fi-  
cri iuberet? Præcipit aut̄ sub graui cōminatione; il-

Ioan. 6

S 3

## DE SACRAMENTO

Iam mandationem frequentari debere. Prodest  
igitur quicq; sumpta Christi caro. Nō. n. aternam  
eius sapientiam deceret: quipiam inutile nullusq;  
fructus, tam districte faciendum imponere. Sed in  
prædictis dñi uerbis: per spiritū accipi debet spiri-  
tualis & recta uerbor̄ eius ante dictor̄ de manu  
catione suæ carnis, intelligentia: per carnem uero,  
sensus eorundem uerbor̄ carnalis & crassus: quē si  
bi configunt carnaliter audientes. ut hæc habeat  
tur eorū sententia. Spiritualis intellectio meor̄ uer-  
bor̄ quae protuli de manducanda mea carne, mō  
.f. sacramentali & inuisibiliter, licet uere corpora-  
liter: uiuiscat mentes auditor̄. Carnalis uero audi-  
tio atq; acceptio illoꝝ uerbor̄: concipiens animo  
mandationem meæ carnis in frusta dilaniandæ  
& per particulas sub forma uisibili distribuendæ:  
non prodest. Verba autem quobis locutus sum de  
illius mandatione: spiritus & uita sunt. i. spiritua-  
liter intellecta de uera meæ carnis mandatione,  
sed spirituali modo & sub aliena specie facienda: ui-  
uificant mentes spiritualiꝝ auditor̄. ¶ Porro hanc  
esse illoꝝ uerbor̄ intelligentiam: ostendit euangē-  
lica lectio proxime præcedens. Nam cū sermonē  
dñi ante habitum de mandatione carnis filij ho-  
minis: carnaliter & stolide ac stupida mente acce-  
pissent quidam ex discipulis eius, & dixissent. Du-  
tarunt carnem eius manducandam esse sub forma  
uisibili crudæ carnis: & sanguinem ipsius sub for-  
ma conspicua crux etiam hauriri debere. ab hac  
crassa & supinæ mentis intelligentia illos abduce-  
re uolēs ipse magister optimus: proposuit rectum  
suor̄ uerbor̄ sensum, & quonam pacto essent il-  
la accipienda, subiecit, dicens: Spiritus est qui uiu-

Ioan. 6



sicut: caro non prodest quicq̄. Verba quæ ego lo-  
catus sum uobis: sp̄us & uita sunt. ¶ Confirmat &  
eadem interpretationem Chrysostomus: homel.  
¶ 46. super Ioannem, his uerbis: Spiritus, inquit, est  
qui uiuificat: caro non prodest quicq̄. Hoc est, se-  
cundum spiritum uerba mea audienda sunt: qui se  
cundum carnem audit: nihil lucratur, nihil utilita-  
tis accipit. Carnale est, dubitare quomodo de coelo  
descendit, & Ioseph filium arbitrari: & quomodo  
possit carnem suam dare ad manducandum. Hæc  
inquam omnia, carnalia: quæ mystice & spiritua-  
liter intelligenda sunt. & quomodo potuerunt in-  
telligere: quid esset carnem manducare? Expecta-  
re igitur eos oportuit, nō discedere: interrogare, nō  
desperare. Verba quæ locutus sum uobis: spiritus  
& uita sunt. Spiritus, hoc est, spiritualia, nihil car-  
nale, nullam naturalem consequentiam habentia:  
sed omni hac terrena necessitate, & huius uitæ le-  
gibus libera. Est & alius sensus. Sicut in hoc loco  
spiritus pro spiritualibus posuit; ita cum carnem  
dicit, non pro carnalibus sed pro carnaliter audire  
assuetis accipit, eos significans: qui semper carna-  
lia desiderabant, cum spiritualia desiderare oportet.  
Nam si carnaliter ea quis acciperet: nihil sane lu-  
craetur. Quid igitur: caro non prodest quicquam?  
Non de ipsa carne dicit. Absit: sed de ijs qui carnali-  
ter accipiunt quæ dicuntur. Quid autem est carnali-  
ter intelligere? simeliciter ut res dictūtur: neq̄ aliud  
quippam excogitare. Nō enim ita iudicanda sunt  
quæ uidentur: sed mysteria omnia interioribus o-  
culis consideranda, hoc est spiritualiter. Qui non  
manducat carnem meam & bibit meum sanguinem:  
non habet uitam in semetipso. Quomodo  
nihil prodest caro; sine qua nemo potest uiuere?

S 4

4 Chrysost.

Ioan: 6

Ibidem

## DE SACRAMENTO

Vide q̄ ea particula, caro non prodest quicq̄: non  
de ipsa carne, sed carnali auditione dictū est. Hæc  
Chrysost. ¶ Cui accedit & August. super Ioannē  
hūc euangeli locum ita exponens. Quid est q̄ ad  
iungit. Spiritus est qui uiuificat: caro non prodest  
quicq̄. Dicamus ei. patitur. n; nos, nō contradicen-  
tes: sed nosse cupientes. O domine magister bone:  
quomō caro non prodest quicq̄? cum tu dixeris.  
Nisi quis manducauerit carnem meam & bibet  
sanguinem meum: non habebit in se uitam. An ui-  
ta non prodest quicquam? Et propter quid sumus  
quod sumus: nisi ut habeamus uitā æternam, quā  
tua carne promittis? Quid est ergo, caro non pro-  
dest quicquam? Caro non prodest quicquam: quo  
modo illi intellexerunt carnem. Quippe sic intelle-  
xerūt: quo modo in cadavere dilaniatur, aut in ma-  
cello uenditur, non quo modo spiritu uegetatur.  
Proinde sic dictum est, caro non prodest quicq̄:  
quo modo dictum est: scientia inflat, sola siue chari-  
tate. Igitur adiungitur: charitas uero ædificat. Ad-  
de ergo scientiæ charitatem: & utilis erit scientia,  
non per se sed per charitatem. Sic etiam nunc, ca-  
ro nō prodest quicquam: sed sola caro. Accedat spi-  
ritus ad carnem, quo modo accedat charitas ad sci-  
entiam: & prodest plurimū. Nam si caro nihil pro-  
dederet: uerbum caro non sieret, ut habitaret in no-  
bis. Hæc Augustinus. Eandem quoq; assignat ex-  
planationem illorum domini uerborum Nicolaus  
Lyranus: in prædicti loci euangelici expositione.  
Quæ recte iuxta prædictorum illustrissimorum  
sententiam intellecta, non modo nostram non infir-  
mant assertionem: sed & eandem plurimum corro-  
borant. ¶ Quod uero subiungit aduersarius de  
uerbis domini nostri ad Nicodemum prolatis, ut

Augustin.

Ioan. 6

I, Cor. 8

Ioan. 1

Nic. Lyr.

Ioan. 3



et a carnali suorum uerborum intelligentia ad spiritualem traduceret: maiorem in modum partem nostram confirmat. Sicut enim illic Nicodemus, Christi magisterio edocit uerborum regenerationem tantum accipienda esse eius uerba: quod de carnali & corporali, semel & iterum ipse intellexerat. sic & ad spiritualem intellectum reuocanda sunt haec domini uerba: de mandatione suae carnis. quod tamen ueram corporis dominici mandationem non denegat: sed eam modo quodam spirituali & sub aliena specie. scilicet sacramentali faciendam, admittat. Hinc deprehenditur non omnimoda esse similitudo inter regenerationem illam spiritualem, de qua domininus ad Nicodemum uerba facit: & mandationem sacramentalē corporis Christi. Nam regenerationis spiritualis solam concernit animam: & circa eam agitur ipsius energia & uis non autem circa corpus hominis: quod iam per nativitatem carnalem omnino prodij in lucem. Hinc si quis diceret, diuina uirtute hominem posse inuisibiliter (ut ait obiectans) rursum subire uterum maternum secundum carnem, & iterum nasci: ridiculus esset, nec quicquam affaret quod ad rectum eorum uerborum domini sensum faceret. cum illa de corporali regeneratione nequaquam debeant accipi: neque uisibiliter nec inuisibiliter facienda. Mandatio uero sacramentū Christi carnis, non solum spiritualiter: sed & corporaliter fit, atque secundum ueram corporis eius substantiam. Et illa, diuina fit uirtute: & inuisibiliter, sub forma panis, non enim uisibili modo sub sua naturali specie: illa nostris exhibetur obtutibus. Non igitur apta proportione, illa duo, degenerationē scilicet spirituale & mandationē sacramentalē corporis Christi; in praesenti obiectōe ad

S S

No omnino simile esse iudicium de regnate spirituali & mandatione sacramentali.

## DE SACRAMENTO.

inuicem comparat Oecolāpadius. ¶ Vicesima no  
na obiectio. Dñs noster in eo euangelij loco ubi de  
regeneratione nobis necessaria differit: ad Nicode  
mum inter cætera dixisse scribitur. Quod natum  
est ex carne: caro est. Ex quo consequens est, & id  
q[uod] carne: pascitur: esse carnē. Si igitur aia nostra car  
ne Christi secundū substantiā pascitur: hæc alimo  
nia eam reddet carnalē- & ex carnis cōpactā sub  
stantia aut corruptelis carnis subiectā. quod eius  
minime cōuenit habitudini: cū natura spiritualis  
sit, & secundū spiritū uiuere debeat. Idē etiā legis  
euangelicæ fūdator Christus, cōtestatus est: quod  
intrat in os, non coinquinare hominē. Ex quo cōsi  
mili prorsus ratione cōficias: quod intrat in os, eti  
am nō sanctificare hominē. quod & p[ro] illa dei uer  
ba apud Hieremiā cōprobatur. Quid est (inquit)  
quod dilectus meus in domo mea facit scelera mul  
ta? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias  
tuas: in quibus gloriata es? Frustra igitur asseritur  
sub eucharistia sumi uer[us] Christi corpus in cibū:  
ad sanctificationem animar[um]. Si enim uera adest in  
Christum tides: supuacanea est omnis externa mā  
ducatio, aut symbolor[um] sumptio. Hæc Oecolāpa  
diius. ¶ Responsio. Familiare est ijs q[uod] p[ro]uicaciter ue  
communem fidelium sententiam defēsare: scripu  
ram sacram ad alienum & prorsus uero repugnā  
tem detorquere sēsum, quo uideatur ipsa fauere &  
deseruire eorū impietati. Qd & hic facitatur non  
semel: Oecolāpadius. Nā hanc propositionē euan  
gelicā. quod natū est ex carne: caro est. de genera  
tione tantū secundū carnē, intellegendā: hic inepte  
suo accommodat proposito. tanquam necessarium  
foret, si ueram Christi carnem in eucharistia man



ducamus: ex ea etiam carnis substantiam in nobis generari. quod non solum a uero: sed & ab omni pietate abhorret. Non enim transit sacra Christi caro manducata, in corporis aut animæ nostræ substantiam, more cibi corporalis: qui sumptus, virtute naturali transmutatur in corpus sumentis per nutricionem. Sed sumpta in eucharistia caro dominica, ei diverso animam manducantis in se transformat secundum qualitates salutares: & modo quodam reddit deiformem. ut ignis ferrum sibi in iectum suis afficit proprietatibus: atq; quantum ad qualitates in se transfert. secundum illam domini uocem, ad beatum Augustinum cœlitus delatam & ex Hugone de sancto Victore ante adductam. Cibus sum grandium: cresce & manducabis me. nec tu me mutabis in te sicut cibū carnis tuæ: sed tu mutaberis in me. Non igitur per sacræ eucharistiae manducationē, anima sumentis eam fit carnis: neque secundum substantiam, neque secundum uitiosas carnis concupiscentias. Quin potius illis repurgatis atq; repressis, traducitur ipsa in uitam spiritualem: quemadmodum cibus illic uiuificus spirituali sumitur modo, & uere spiritualis est.. Secunda præterea propositio, in præsenti obiectio ne adducta: de cibo tantum corporali, crassoque & solido, qui ad corporis nostri alimoniam, secundum corpulentam uisibilemque sumitur substantiam: est intelligenda. Etenim talis cibus neq; coinquiuat hominem manducantem, neque sancti ficat: quantum est ex se & sua natura. quamuis propter annexā alienam habitudinem animi: plerūq; adcoinquiuationē aut sanctificationem non nihil faciat. Ut si sumatur cibus mō & tēpore mihi debito, per ingluviē & crapulam; aut si uetus

Exca p.12  
ub.  
huius.

Vox de  
cœlo ad  
Augusti  
delata:

Quōcibus  
coinquiat  
aut sancti-  
ficat homi-  
nem.

## DE SACRAMENTO.

accipiatur, ut carnes feria sexta, aut in cena diebus iejuniorum ab ecclesia indictis. Huiusmodi namque cibus, propter inobedientiam dicitur quodam modo & tanquam instrumentum quoddam praurae actionis contaminare hominem: ponde atque fructus arboreis uetus, primos inqauit parentes nostros. E contrario uero si sumatur esca corporalis secundum rectam rationis determinationem, & modo & tempore congruo, & sanctificatus per orationem atque praeuiam benedictionem: sanctificare dicitur ille sumentem, quoniam illius sanctificandi materia est & instrumentum. Verum ea propositio euangelica operam applicatur ad sumptionem eucharistiae: quod corporis non est cibus, nec more aliorum ciborum, corpori nutriendo accommodandus. sed animae est nutrimentum, spirituale quidem & mysticum: tametsi ueram corporis Christi substantiam in se re ipsa continet. Quocirca suapte natura cibus ille sumentem sanctificat (quoniam in ea continetur sanctus sanctorum & totius sanctificationis author & largitor) modo cum debita animi præparatione & digne sumatur. ¶ Quod si quis minus præparatus & uitios nequam expurgatus, ingerat se irreuerenter mensam dominicam, panemque illum caelestem tentat illoitis (ut aiunt) manibus accipere: is sanctificationem non consequitur, sed damnationem sibi acquirit. Non quidem, quia noxius sit ille cibus: sed quoniam illum de sesu aperte natura bonum, peccator indigne præsumit accipere. Et de talibus impudentibus: loquitur dominus per Hieremiam, & de nunciat carnes sanctas nequaquam ablaturas sceleras de quorum commissione gloriantur qui ea perpetraverunt, tantum abest, ut illos ducantur poenitidine.

Gene. 3:

Eucharisti  
am suapte  
natura su-  
men te san-  
ctificare:  
modo seipsum  
probauerit

10

Hiere. 11

aut ea fletibus abstergant: Vnde liquido constat,  
& tertiam propositiōem in hac (quam diluimus)  
objectione ex Hieremia adductam: etiam perpe-  
ram adaptari ab aduersario ad quancunq; mandu-  
cationem eucharistiæ, cum ipsa solummodo debe-  
at ad indignam illius sumptionem, ex sola culpa-  
sumentis proficiscentem: applicari. Plurimum igi-  
tūr confert etiam exterior sacramenti eucharistiæ  
sumptio: copiosumq; affert digne illud, sumenti  
fructum. Neq; sola fides interior sufficere putan-  
da est sine externi operis executione, ad consequē-  
dum tam largum gratiæ prouentum: aut ad com-  
plendum dei & ecclesiæ præceptum obligatoriū  
de mandatione corporis dñici, ut sæpius in hoc  
secundo libro iam supra dictum est.

**¶ In sanctæ eucharistiæ perceptiōe, sacrum**  
**Christi corput: & mentes humanas & cor-**  
**pora spiritualiter uegetare, p suæ uirtutis**  
**in illa, transfusione.**

Cap. XVIII,

**T**RICESIMA aduersarij objec̄tio. Si in eu-  
charistia dicatur Christi corpus uere  
subsistere: multi & graues insurgunt scru-  
puli, quō illud uere sumi possit a fidelī  
bus. quanam itidē ratiōe subeat Chri-  
sti care, sumentis corpus: & quo pacto ingrediatur  
& penetrat illius animam. Enim uero cū a quopi-  
am suscipitur eucharistia, emarginat protinus q̄stio  
quo se tum corpus Christi ibidem contentum re-  
cipiat. nunquid statim in ipso limine palati euane-  
cit: & in stomachum non descendit? Quod si quis  
dederit: non magis habebit rationem panis c̄p lapi-  
dis, cum a pascendo, nomen habeat panis. Quod si  
in labijs auolat: quas delicias præstabit, cum proti-  
-??

Sloā fidē:  
ad cōsequē-  
dam sacra  
mēti gr̄m  
non suffice  
re.

Capite. 14

## DE SACRAMENTO.

nus atq; sumptū est euaneat? Si uero Christi ea-  
ro, corpus sumētis subeat iā corpus erit cōiunctū  
corpori, & dimensionū fiet penetratio. Sin autem  
mox in animā auolat: oportebit animam co- pori  
locū dare, & ipsius corporis fieri receptaculū. Cō-  
sequens it idē fuerit, antea animam nō habuisse in  
habitatore Christū: cum p̄ huiusmodi sumptionē,  
ut nouus hospes illuc adueniat. quare ipsa anima  
prius fuit impura & abominabilis: quod Christi  
præfētia fuerit destituta. Vnde reliquū est: omnes  
quantūlibet pios & religiosos, iudiciū sibi mādu-  
care, propter hanc impuritatē: reosq; fieri corpo-  
ris & sanguinis dñi. Quod si quis dixerit Christū  
fuisse præsentē mentibus piorē fidelium antequā  
sumerēt eucharistiam: consecutaneum erit, Christū  
ad seipsum accedere. At quō id congrueret. Satis  
est igitur dicere, non corporaliter Christum aut  
sacramentaliter: sed spiritualiter tantum recipi in  
eucharistia, & inde augmentum gratiæ ac virtu-  
tum nobis dari. Hac Oecolampadius. **¶** Respō-  
sio. Omnes hos scrupos & inquisitiones absurdas,  
suggerit ancipiū menti incredulitas: agitan teme-  
raria perscrutatione, quomodo possunt hæc fieri,  
more Nicodemi principis Iudaorum. cum tamē  
ubi diuina pertractantur mysteria: non debet  
particula illa interrogatoria quomodo, ore no-  
stro proferri, ne testis uideatur & index nostræ  
hæsitationis ac infidelitatis. Quemadmodum  
præclare admonet Cyrillus in libro quarto suo-  
rum commentariorum in Ioannem: capite deci-  
motertio, his uebis. Sed nos magnū(çlo) a pecca-  
tis aliorum profectum faciamus: & firmam fidē  
mysterijs adhibentes, nunquā in tā sublimibus re-  
bus illā quomodo, aut cogitemus aut proferamus

Ioan. 3.

Cyrillus i  
Ioannem,

Iudaicū enim hoc uerbū est: & extremi supplicij  
causa. Ideo Nicodemus etiam cū diceret quō hæc  
sieri possunt: audiuit. Tu es magister in Israel: &  
hæc ignoras? Aliorum igitur (ut diximus) culpa  
perdocti, cum deus operatur: non queramus quō,  
sed operis sui uiam atque scientiam illi soli conce-  
damus Nam quemadmodū ēuis nullus nouit qd  
nam secundum naturam deus sit: iustificatur ta-  
men per fidem, cū credit præmia illum redditur  
querentibus eum, sic etsi opere eius rationē igno-  
rat, cū tamen fide omnia illum posse non dubitet:  
nō contemnda probitatishuius præmia conse-  
quetur. Ita profecto nos affici: p prophetā Esaiā  
dñs hortatur. Non enim sunt consilia mea (inquit)  
sicut consilia uestra, nec sicut uiae uestræ, uiae meæ  
sunt, dicit dñs . Sed sicut exaltatur cœlum a terra:  
sic exaltatæ sunt uiae meæ a uis uestrīs, & cogita-  
tiones meæ acogitationib⁹ uestrīs. Qui aut sapiē-  
tia & uirtute a deo excellit, quomodo non opera-  
bitur ita miraculose, ut operum suorum ratio mē-  
tem nostram effugiat? Nonne uide s: quid s̄epen-  
mero mechanici faciunt: incredibilia uidentur no-  
bis nonnunquam enarrare, sed tamen quia similia  
iplos fecisse uidimus: posse peragi ab ipsis facile  
credimus. Quomodo igitur summis cruciati-  
bus digni non etunt: qui rerum omnium opifi-  
cem deum ita cotemnunt, ut quomodo, in suis q.  
peribus dicere audeant? quem totius sapientiæ  
largitorem esse non ignorant: quem omnia posse,  
scriptura nos docuit. Si uero tu o Iudæe, quomo-  
do etiam nunc clamas: hanc tuam imperitam ego  
quod securus, libenter quō ex Aegypto exiui-  
sti: rogabo. quomodo in serpentē Mosaica fuit uir-  
ga cōuersa quomodo lepra manus affecta: uno mo-

Ioan. 5.

Esaiæ. 55.

Eccl. I.

Iaco. I.

Matth 19

Marc. 10.

Exod. 12.

Exod. 4.

## DE SACRAMENTO.

Nume. 12 mento tempis: in pristinū statū restituta iterè fuit: in quō naturā sanguinis; aq̄ trāsi erūt. quō patres tui p̄ media maria: ut p̄ aridā, effugerunt. quō p̄ lignū amaritudo aquar̄ in dulcedinē recidit. quō e lapide fontes aquar̄ afluabant quō sterit Iordanis. quō solo clamore, inexpugnabilis Hierico cecidit. Innumerabilia sunt, in quibus si quomodo quæreris: universam euertere scripturam necesse erit, propheta rumque doctrinam & ipsius Moysi scripta contemni. Quare credidisse Christo prius uos oportuit. & siquid arduum uidebatur, ab eo humiliter petere: quam uelut temulentos exclamare quomodo potest hic nobis carnem suam dare? Nonne uidetis, quia cum hæc dicatis: statim cum ista uoce arrogantia magna significatur? Hæc Cyrus,

Ioau. 6.

Arrianis  
assimila  
tur Oeco-  
lampadius

¶ Quæ & in Oecolampadium recte hic dicuntur quoniam cum incredulis Iudæis in præsenti obiectione, omnium auribus inclamat. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? & quomodo hic cibus in corpora manducantium aut in animas transire queat? Neque ab huiusmodi improbis interrogationibus ex sola incredulitate nascentibus, in tota hac ratiocinatione desistit: quoniam escam hanc de cœlo datam æqui parat communibus corporum cibis. & quas in his competit qualitates & conditiones: nititur & in illa supercolesti esca, simili ratione inuenire. immo quia escam esse negare. Quia in re prope modum consimilis est Arrianis: qui diuinam filij a patre generationem æquarunt & assimilarunt generationibus rerum corporalium. Et quoniam proprietates in his repertas non potuerunt æternæ illi generationi attribuere negarunt dei filium ex substantia

## EVCHARISTIAE II.

145.

etia patris ante omnia secula esse genitum. Cæteræ si attendantur ea quæ in 12. huius libri cap. ex communis insignium doctorum sententia sunt adducta: omnium istarum interrogationum & obiectumcularum facilis deprehendetur solutio. Ex illis. n. perspicuum id habetur & exploratum: qd quandiu species ipsæ sacramentales in sua naturali dispositione subsistunt, sub qua nata foret conferuari forma substantialis panis, si adhuc adesset: tam diu sacramentum Christi corpus (quod ipsæ substancialiæ panis sub iisdem speciebus successit) permanet & uere ad est sub illis etiam speciebus: siue ore adhuc continetur, sine inuentrem & stomachum descendere, illicq; aliquantisper remaneant incolumes.

At uero cum primum species illæ saeramentales, permutatae fuerint a suo uaturali statu & conditi one: sacrum Christi corpus sub illis desinit subsistere, ut prædicto in loco diffusius est expressum. Pro inde non est admittendum id quod primum proponit hic obiectans: ipsum. s. Christi corpus cum in eucharistia sumitur, in ipso limine palati & labijs sumentis euangelio, sed & in uentrem & stomachum manducantis demitti: & ibidem contineri, quandiu manent illic species eucharistiae, superstites. ¶ Non tamen idcirco tribuendum est aduersario: qd ipsa Christi caro in eucharistia, corpus nostrum alat, nisi alimonia quadam spirituali. quam etiam digne manducantibus corpora uegetat & sanctificat: irrationalesq; carnis cupiditates, iram, gula, libidinem reprimit & mitigat in illis. ut non preualeat in nobis lex membrorum: neq; dominetur & regnet peccatum in nostro mortali corpore. Roma, 6 Vnde in orationibus ecclesiasticis sape expostulatur & deuotus fidelium coetus: ut sacramenti eucharistiae.

4  
Ex 12. ca.  
hujus lib.

T



## DE SACRAMENTO

Oriones ec  
clesiaſticas  
efficaciam  
eucharisti.  
in corpora  
noſtra, te-  
ſtantes

perceptio in missæ mysterio facta, mentes noſtras  
corporis ſanctificet, ueget & expurget. & cum  
ſanctificationem opata fuerit anima; conſequen-  
ter & in noſtro; corpori tranſeat auxilium, ada-  
ptando iſum & præparando ad immortalitatem:  
in nouiſſimo die cum gloria & uita cœleſti perci-  
piendam. Vt in hac oratione: poſt communionem  
dñica nona poſt festum S. trinitatis, dici ſolita. Sit  
nobis dñe reparatio mētis & corporis, cœleſte my-  
ſterium: ut cuius exequimur actionem, ſentiamuſ  
effectum. Rurſum & in hac collecta: q̄ ſecreto añ  
præſationem dici aſſolet feria quarta quatuor tem-  
poris mensis ſeptēbris. Hæc hoſtia dñe quæſumus  
emundet delicta noſtra: & ad ſacrificiū celebra-  
dum, ſubditore; tibi corpora mentesq; ſanctificet.  
Deniq; & in hac oratione ſupplicatoria: quæ do-  
minica 17. poſt festum ſumma trinitatis poſt co-  
munionem proferri conſueuit in officio missæ.  
Purifica domine quæſumus mētres noſtras benignus  
& renoua cœleſtibus ſacramentis: ut conſequētes  
& corporis præſens pariter & futur; capiamus au-  
xilium. Sed & hac de re in præſenti libro, cum ſæ-  
pius tum in 12. capite: factus etiam eſt ſermo. qm̄  
eandem materiam obiectādo aduersarius frequen-  
ter & diuersis in locis inculcauit, in ſuo (quē oppu-  
gnamus) libro. Idcirco neceſſarium fuit, & nos cre-  
brius, ut occurreremus illi: eadem ferme repete-  
re, eandemq; recinere cantilenam. ¶ Cæter; ut ad re-  
liqua in præſenti obiectione proposita ſuo ordine  
diliuenda progrediamur: non id recipiēdum admit-  
timus, quod panis dicatur ſacrosancta euchariftia,  
quoniam more nutrimenti & panis corporalis nos  
pascat & alat: ſed quoniam alimoniam nobis ſub  
minifret spiritualē. Et quamuis aliquanto tem-



pore manserit sacratissimum CHRISTI corpus  
sub speciebus Eucharistiae in columibus conten-  
tum, in corpore sumentis, ut stomacho: non est ibi ti-  
menda dimensionum penetratio, aut receptatio e-  
ius in loco. Quoniam quandiu ipsum domini no-  
stri corpus sub speciebus est sacramentalibus in cu-  
m non sit ibidem amplius substantia panis: & qran-  
do per demutationem specierum sacramentalium  
a sua naturali dispositio: noua ibi producitur sub  
stantia: illico definit esse ibidem corpus Christi.  
Quomodo igitur contingere illic posset, aut fieri  
dimensionum penetratio: & quantum dabitur sub  
stantia: cuius dimensiones corpus Christi penetrari  
in eucharistia: Huic accedit, qd penetratio dimen-  
sionum si fieri posset: in illis tantum accideret cor-  
poribus, quae secundum circumscriptionem essent  
in loco, & partes suas haberent partibus loci cer-  
to quodam ordine respondentes. At qui facit Chri-  
sti corpus nequaquam eo modo in Eucharistia  
subsistit: sed citra circumscriptionem & suarum par-  
tium ad partes circumiacentis corporis ordinem  
ac habitudinem, qui sane modus superadmirabi-  
lis est, nouusq; et singularis: non naturae legibus aut  
metis definitus, sed omnipotente dei uirtute. Quo  
igitur pacto possent sacrum Christi corpus in eu-  
charistia & aliud quodpiam corpus, ut ipsius lumen  
tis: se ad inuisum penetrare: cum unum omnino sit  
extra aliud: secundum suarum dimensionum ratio-  
nem . cum etiam corpus dominicum in Eucharis-  
tia, nullum locum per circumscriptionem occupeat  
neq; eo modo circumscripsiō, in loco recipiatur  
nec subsistat. Ex quo protinus & id colligitur: qd  
neque sacrum Christi corpus, in anima sumentis

Dimensio-  
num pene-  
trationem  
non esse in  
corpore  
christi sub  
eucharistia  
ponendas.

Corpus  
Christi sub  
euchar. non  
esse in lo-  
co p. circu-  
scriptionē

## DE SACRAMENTO

ipsum tanq; in loco suo proprio suscipitur & quasi  
in corporali quodam domicilio aut tabernaculo,  
quo contineatur. Non est. n. anima rationalis: cor-  
por; locus. Sed ipsius dominici corporis uirtus &  
efficacia spiritualis, mētem subit & replet: cū eam  
inuenit paratum sibi debita diligentia hospitium.  
¶ Neq; ut in mentem rite sumentis eucharistiam,

6 ueniat Christus hospes & habitator, oportet eam  
tunc sordidam esse & pollutam, cum illam spiri-  
tualiter ingreditur. Sic. n. nulla fuisset antefacta sui

1. Cor. II.

ipsius probatio: contra salutare B. Pauli documen-  
tum, & summam deceret aeterni regis maiestatē,  
q; sordido & peccatis squalēte receptaretur domi-  
cilio. Sed id expostulat religiosa pietas, ut quā pa-  
ratam & mundam inuenit Christus, eucharistiam

sumentis animam: ampliori gratiar; munere locu-

pleret, & exuberantioribus daret charismatibus.

Perinde atq; tæda aut facula ardens, illata cubicu-

lo prius tædis illustrato: reddit illud lucidius & cla-

rius. Necq; propterea ociosus est Christi in animam

aduentus per eucharistiam, aut ad seipsum ingredi-

dicendus est Christus: q; ante illic fuerit per gratiā.

Nam prius infusa gratiæ nouā superaddit & cu-

muliatiorem gratiam in eadem anima: atq; cū no-

ua & ante non collata gratia, animā digne sumen-

tis eucharistiā subit spiritualiter. Quare rōne col-

lationis illius nouæ gratiæ: ipse Christus illuc adue-

nire dñs, sicut & tæda, recēs illata loco prius illumi-

nato: illuc nouum dicitur lumen afferre. Q; autē

mentem prius diuina illustratam gratia, Christus

interdum etiam subire dicatur: ex hoc uerbo ipsius

probe colligitur. Si q; diligit me, sermonē meū ser-

uabit, & pater meus diligit eū: & ad eū ueniemus

& māsionem apud eum faciemus. Nēpe qui Chri-

Quō Chri-  
stus adue-  
nit in aīa;  
in qua pri-  
us fuit per  
gratiā

Ioan. 14

Item diligit uera & syncera charitate: ipsum habet in se manentem, iuxta illud B. Ioan. apostol. in sua 1. epist. canon. uerbum: Deus caritas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Et tunc pollicetur se Christus ad directorem suum, cum patre uenire: & mansionem apud ipsum facturam. In eam igitur mentem plerumque uenit Christus: in qua prius fuit, sed uenit per gratiam subsequentem, in illam: & in eadem prius fuit per gratiam praecedentem & ante collatam. Quemadmodum in sacris lit. uiri sancti & apostolici, qui spiritum sanctum ante habuerunt animarum suarum hospitem & habitatorem: postea repleti spiritu sancto leguntur, per novum in ipso aduenientem diuini spiritus gratiam.

1. Joan. 4

Luc. I.

Actu. 2.

**N**eque homines: sacra eucharistia corporaliter nutrir, neque mures sanctum Christi corpus labefactare, cum species sacramentales erodunt, neque uermes ex ipso Christi corpore in eucharistia ebullire. Cap. XIX.

**T**eresim a prima aduersarij obiectio. R. Compertum id habetur experimento: hominem sumpta eucharistia, corporaliter ea nutriti. Quod certe fieri non potest: nisi substantia corporis Christi (si ponatur ibi praesens) transseat in naturam hominis manducantis, morte alimenti communis. aut ibidem ponatur esse solus panis frumentarius: qui uirtute caloris naturalis transmutetur in substantiam corporis nutriti. Hoc autem primum: penitus est absurdum & impium, ponendum est igitur secundum, in eucharistia scilicet, solam esse panis substantiam sine praesentia corporis dominici; quae cedat homini in usum

T 5

## DE SACRAMENTO

alimenti. Huic accedit, q̄ interdum mures depre-  
hensis unterodere eucharistiam negligenter custo-  
ditam: & expositam britorū animalium dētibus.  
Hmōdi autē erosionem fieri circa corpus Christi,  
nullus dederit: ut quod non sit passiōni aut corrosi-  
oni obnoxium. Fit igitur illa circa solum panem:  
& eius substātiā ibi präsentem. Ex quo rursum  
conficitur: non esse in eucharistia uerū Christi cor-  
pius. Denich̄ ex ipsis hostijs sacratis, diuturno affer-  
uatis tempore & negligentius æquo custoditis; in-  
terdū uermes ebulliunt & scaturiunt. Qui nequaq̄  
ex uero Christi corpore dicendi sunt sic pullulare:  
sed ex materia corpulenta, & materiali panis sub-  
stantia. Hoc itaq̄ tertio conuincit non esse uerum  
Christi corpus in eucharistia: sed solam panis ali-  
mentarij substātiā, quæ subministrat materiam  
unde generetur & ex putrefactiōe, uermiculi, mō  
naturali. Hæc Oecolampad. ¶ Responsio. Ad tria  
quæ in præsenti cauillatione proponuntur: ordine  
eodem ita est occurrentum. Ad primum quidem  
admittendo hominem sumpta eucharistia nutriti  
corporaliter. Ea tñ nutritatio, nō per ipsam panis  
(qui sit in eucharistia) fit substantiam: qm̄ post cō  
secrationem nihil illius superest. Necq; per ipsum  
fit sacramentum Christi corporis: quod in sumentis transi-  
erit naturam corporalem. Nam ut sæpius dictum  
est: ipsum in alimentum corporale cuiuspiā trans-  
ire non potest. Necq; it idem ea nutritio per species  
sacramentales: quandoquidem illæ, cū sint acci-  
dentia, in substantiam conuerti non pñt. Sed effici-  
mentalem de nouo productam: quando ob trans-  
mutationes specierū sacramentalium a sua natura  
li dispositione, corpus Christi sub illis esse desinit.

A quo, su-  
mpta Eu-  
charistia:  
nutritur  
hō corpo-  
raliter

Ea siquidem substantia recens producta, eodem  
prorsus modo reficit & nutrit eum qui sumpserit  
eucharistiam: ac si panis qui fuerat ante consecratio-  
nem, in tale nutrimentum naturali fuisset actione  
conuersus. Et certe ex physicis elementis comper-  
tum id habetur: alterationem uirtute caloris natu-  
ralis præcedere debere in ijs quæ pro alimento su-  
muntur, anteçq; perficiatur nutritio. Cum igitur p  
alterationem huiusmodi, uia caloris digestiui fue-  
rint demutatae species sacramentales a sua natura-  
li qualitate, sic quod sub illis amplius non subsiste-  
ret forma substantialis panis ii adesset: tunc definit  
sub eis subsistere Christi corpus, & ibidem noua  
producitur substantia, per quam fit hominis nu-  
tritio. ¶ Ad secūdum uero, quod affert præsens ca-  
uillus, utpote de corrosione eucharistie q a muri-  
bus fieri posset: adhibenda est responsio . eam cor-  
rosione non attingere Christi corpus, uere ibi pñs  
neq; ipsum labefactare . quoniam ob dotem im-  
passibilitatis & modum illic subsistendi sine sua  
partium ad locum circumscriptiōne, omnis passi-  
onis & dissectiōis est immune. Neq; circa substan-  
tiam panis materialis fit huiusmodi erosio: quoniam  
per consecrationem illa omnino desijt, sed dunta-  
xat fit circa species sacramentales sanctæ eucha-  
ristie, sicut & attritio illius & masticatio : q effici-  
tur ab homine eam sumente. Veruntamen qm sa-  
crum Christi corpus, tam diu sub illis est specieb.  
qdiu illæ consistunt in sua naturali cōditione: & do-  
nec sub ijsdem conseruaretur naturaliter substan-  
tialis forma panis triticei. si adhuc ibi adesset: non  
est id ex pietate quadam animi refugendum ( ne  
sacramenti ueritas negetur ) quin addmittatur &  
corpus CHRISTI in ore muris esse posse, &c. in

T 4

<sup>3</sup>  
Corpus  
Chri nō la  
befactari:  
cū mures  
corrodunt  
eucharisti  
am.

## DE SACRAMENTO

Hæc Tho uentre eiusdem, per tantillum t̄pis: quo species il-  
mæ Aqui. læ sacramentales illic manent superstites. cum nō  
& cōpluri sit uero simile, illas ubi primū ab ore animalis bru-  
um aliorū ti sumuntur aut in uentre eius traiciuntur: proti-  
est sūia, nus demutari a suo statu. & q̄diu species ipsæ non  
transmutantur a sua natura: non desinat sub illis es-  
se Christi corpus. Illud tñ, neq; abiectione loci in-  
quem sub hmōi speciebus prōiectatur. neq; indi-  
gnitate aut utilitate brutorū animalium a quibus  
comedatur: labefactari quoquo pacto aut conta-  
minari in sua ipsius substantia pōt. Deniq; ad  
tertium in hac obiectione propositum nodū, utpu-  
ta de ebullitione uermī ex eucharistia: cōsimilis  
propemodum assignanda est rñsio ei: quā primo  
scrupulo iā adhibuimus: hmōi. s. uermes neq; ex  
ipsa panis prius existentis sub illis speciebus ante  
consecrationem, substantia: neq; ex sacro Christi  
corpore, neq; ex accidētarijs eucharistiæ speciebus  
scaturire: sed ex materia, post alterationem illarū  
specierū a sua natuua conditione (per quam desit i-  
bidem esse corpus Christi) tum primū ibi produ-  
cta. Quippe manifestum est, uermiculos illos per-  
putrefactionem generari: quam præcedere solet al-  
teratio admodum uehemens, a circumstantib; in-  
ducta corporibus. Cum ergo per huiusmodi alte-  
rationem species ipsæ sacramentales a sua natura  
fuerint transmutatae: tunc desinat sub illis Christi  
corpus contineri, & noua simul producitur diui-  
na uirtute materia, ex qua per putrefactionē pro-  
gignuntur uermes. sicut ex pane speciebus illis pri-  
us affecto & diutius asseruato: si illic affuisset: pro  
ducti fuissent. Cæterum dissolutionem exactiore  
primi & tertij huius scrupi, ex quadragesima quin-  
ta; secūdi uero, ex octogesima quar, lectione expo-

4  
Quō ex  
euchar. fit  
uermium  
ebullitio

sitionis ipsius Gabrielis de canone missæ: studiosus  
lector regrat. ¶ Tricesima secunda obiectio. Christus apud Matthæū suos discipulos admonuit dicens. Si quis dixerit uobis, ecce hic Christus uel illuc est: nolite credere. Surget enim multi pseudo Christi & pseudo prophætæ: & dabunt signa & prodigia magna, ita ut in error ē mittantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi uobis. Ex quo uerbo manifeste discimus: non esse expectandā corporalem Christi præsentia, usque in diē extremi iudicij ne que plures quæ duos aduentus Christi in carne: secundum. dum scripturas nouimur. At cum celebretur aduentus Christi in panē, quod postea in penetralibus colitur aliquid nimis sit, quod cum dictis illis pugnat. Nodus est enim hic aduentus: & ab alijs duobus omnino distinctus. Quare post abitionem Christi in cœlum, non est nobis dicendū. Ecce hic scilicet in eucharistia: est Christus: & ecce illuc, scilicet in hostia consagrata: est Christus neque ponenda est quotidie nobis aduenire noua Christi præsentia: quæ subsistentiam corporalis eius substantiæ in eucharistia: Hæc Oecolampadius. ¶ Responsio. Verbis illis euangelicis præmonuit suos discipulos Christus, non esse habendum fidem illis: qui post ipsius in cœlos regressum sibi falso nomen Christi usurparent & arrogaretur. quemadmodum nonnulli circa exordium nouæ legis, & subsequentia temporum factitasse leguntur. Nam uerus ipse Christus & unicus, iam olim uenit: postquam non est alius quam Christus expectandus. Et quoniam postea sibi nomine Christi ascenderunt: pseudo Christi erant habendi. Et nunc plane sensu indicant uerba ista subsequētia: surgent enim multi pseudo Christi: & pseudo prophetæ quæ demonstrant, præcedens illud domini uerbum, in præsenti

" 5

"

"

Matt. 24.

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"

"&lt;/

## DE SACRAMENTO.

adductū obiectione : de solis p̄seudo Christis esse accipiendū: Et cū de dño n̄o in eucharistia uere præsente, dicimus, ecce hic est Christus, uel ecce illic est Christus: nō de speudo Christo aliquod id dicimus aut q̄ sibi nomē Christi falso scripscr̄it, sed de ipso eodem uero Christo. Non igitur recte acciduntur illa domini nostri uerba: ad ipsum uerē & unicum Christum, in eucharistia uere præsentem. Quod aut̄ ex illis colligit uerbis obiectans: duos. sed una xat aduentus Christi esse assignandos, unum s. in carnem, iam transactum: & alter⁹ ad iudicium in consummatione seculi, adhuc futur⁹, libenter amplectimur: tanq̄ scripturæ omnino consentaneum, mō id dictum suum intel ligat (uti debet) de aduentu Christi in humana forma uisibili: & intuētiū oculis plane conspicua. ¶ At cum in eucharistia præsens est Christus, q̄ ante consecrationē illic eo mō præsens non erat: non illic aduenit spectabilis in forma propria, q̄ omniū obiectetur obtutibus sed præsentis Iesu ueritatem adu mbrat speciebus panis & uini: quibus obiectus, ueraciter nobis ad est. Non igitur aduentus ipsius in eucharistiā, referendus in numer⁹ talium aduentū, quales assignantur illi duo: aut illis cōsumerandus, cū omnino sit alterius generis & habitudinis. Quis enim dixerit: ipsum dñm nostr⁹ cum in ultima cœna discipulis præsens accumberet, & sūm illis sacratissimū cōmunicaret corpus: nouo quodam aduentū se illis exhibuisse? q̄uis uere in distributo illis pane corpus eius contineretar. Quod enim iam adest: aduenire de nouo non dicitur. Ita sa ne neq̄ noua eius in eucharistia præsentia, proprie nouus eius aduentus dici debet. aut quoties sancta consecratur hostia; toties aduenire de nouo putan dūs est,

### Aduentū Christi in eucharisti

7  
am: nō dī-  
ci debere  
nouū eius  
aduentū.



EVCHARISTIAE. II. 150

Quoniam hoc modo aduentus eius multiplicaretur in infinitum: ac excresceret in numerosam multitudinem, & quotidie renouaretur. Sed ad propriam aduentus noui rationem, ex igitur nouis quidam subsistendi modis: quo antea illic ubi aduenit, non substiterit. At eo modo quo nunc in eucharistia Christus uere subsistit: & prius cum in carne nobiscum degeret, uere subsistit, ut pote in novissima cena: cum hoc superadmirabile mysterium instituit. Non igitur apte apte nouus Christi aduentus dicitur: cum praesens in eucharistia adest sed unusquisque talis subsistendi modus: ad eum qui in cena exhibitus est, referri debet, & tanquam item cum illo haberi.

¶ Nullum haberi debere incommode, quod corpus Christi simul in diuersis sit locis, in celo uisibiliter & in eucharistia sacramentaliter, ex mulplici authoritate testimonio. C.XX

**T**eresimateria aduersaria obiectio.  
CRISTVS per seipsum in celum ascensionem hinc abiit, mundumque reliquit: secundum haec eius uerba, ad discipulos suos ante dicta. Si non abiero: paracletus non ueniet ad uos. si autem abiero: mittam eum ad uos. Et rursum ad eosdem. Exiui a patre & ueni in mundum: iterum relinquam mundum & uado ad patrem. Quae quidem uerba & similia: in eius gloria ascensione sunt completa quando assumptus est in celum & sedet ad dextram patris, & iterum ueturus est ad iudicium sicut uisus est ascendisse. Igitur nunc non adest ipse nobiscum ueraciter, & secundum corporalem suam præsentiam: in eucharistia. Alioqui idem corpus, in diuersis simu-

Quid ad noui aduentus ratione exigitur.

## DE SACRAMENTO.

effet locis: quod naturali corpori, circumscrip<sup>tio</sup>e  
et locis definito<sup>r</sup>, cōditiōi omnino repugnat. Qd  
siq<sup>s</sup> admiserit idem corpus supnaturali uirtute in  
diuersis esse locis: eodē conse<sup>q</sup>o ostendetur illud e-  
tiam esse posse in omnibus locis. cū nō sit ualenti-  
or ratio, quare in tribus aut quatuor aut decē esse  
posset locis idē corpus: & nō, in omnibus simul.  
Atq<sup>s</sup> nō est admittendū: idē corpus simul in omni-  
bus esse posse locis. quoniam tunc illud esset ubi-  
que, & ad quandam diuinitatis naturam ac sortē  
accederet: cuius propriū est esse ubiq<sup>s</sup>, coelūque &  
Hierc. 25. & terram implere. Ne igitur q̄rantū ad hanc cōdi-  
tionē æquetur creatura suo creatori haudqua<sup>c</sup> ad  
mittendū est Christi corpus esse ubiq<sup>s</sup>. quare nec  
ipsum in diuersis esse locis, neq<sup>s</sup> in eucharistia sub-  
sistere ueraciter: sed solū in coelo gloriosum consi-  
dere ad dexterā patris. Hæc Oecolampadius. Re  
sponsio. Verissimū id quidem haberi debet: Chri-  
stū hinc abūsse & reliquisse mundū, secundū cor-  
poralem præsentiam uisibilē, & in propria forma  
conspicuam. quo sane mō. solū in coelo residet &  
subsistit glorusus. Nihilo secius ad huc nobiscum  
in sua forma atq<sup>s</sup> natura inuisibilē, latenter inq<sup>s</sup> sub-  
speciebus sacrae eucharistiae. Quo plane mō. s. sa-  
crametalī, haec tenuis nobiscum mansit post suam  
in coelum abitionē: & pmansurus est usq<sup>s</sup> ad mun-  
di cōsummationem. Neq<sup>s</sup> illud, incōuenies habe-  
ri debet de sacro eius corpore: quod eodē tēporis  
& in terra, in tot etiā diuersis locis, utpote in coelo surū  
stantibus: in quot fit consecratio sanctæ echari-  
stiae per missæ celebrationem, aut consecrata asser-  
uatur atq<sup>s</sup> cōtinetur. Itaq<sup>s</sup> q̄uis in mille diuersis al-

Sac<sup>r</sup> Chri-  
sti corpus  
simul esse  
in diuersis  
locis,

taribus simul consecretur eucharistia: in unoquoque tamen illorum est integrum Christi corpus: & simul in mille locis. Non quidem, quod ex omnibus illis hostiis tantum partibus, integreretur totum Christi corpus: sed quoniam in singulis eorum est totum corpus domini cum. Quod uel ex ipso scripturae testimonio: proutius colligitur. Nam in ipsa coena nouissima assidens Christus mensa: suo continebatur proprio loco. Et in singulis particulis sacrati panis quas suis porrexit apostolis: integrum continebatur eius corpus sacramentaliter. Illae uero particulae diuersis porrectae discipulis: erant in diuersis locis. quoniam ipsi discubuerunt in eadem mensa, aliqui propinquiores Christo & aliqui ab eo distantiores: aliqui itidem collaterales eidem, atque alii ex aduerso, alteraque parte mensae, ut uero est simile: Tunc igitur sacrum Christi corpus cum singulis communicabatur apostolis: in diuersis erat locis. Quare ergo nunc cum glorificatum est, & amplius naturae corporum corruptibilium & sensibilium non subiaceat: non esse poterit in diuersis locis? Nunquid abbreviata nunc est manus domini & facta inuicula. ut id iam facere amplius nequeat, quod cum fecisse comprobatur? Sed & sancti audiantur patres id ipsum etiam attestantes: sacram uidelicet Christi corpus in diuersis simul esse locis. Et in primis beatus Augustinus: in sermone de uerbis domini in monte dicens. Per partes manducatur Christus & manet integer totus in celo. per partes manducatur in sacramento: & manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando uenit in uirginem & impleuit illam: nec recessit ab illo. Veniebat in carne, ut homines eum mauducaret & manebat integer apud patrem, ut angelos pasce-

Ex scrip-  
ptura colli-  
gi. quod cor-  
pus Chri-  
stum simul sit in  
diuersis  
locis.

Ioan. 13.

Augusti,

## DE SACRAMENTO.

Hugo de  
sancto Vi  
ctoro.

ret. Cui cōsonat uenerabilis Hugo de sancto Victo  
re: in secūdi libri de sacramētis parte octaua, capi-  
teq; undecimo, dicens. Quō (inquit) corpus unū  
eodem tempore in diuersis locis esse potest? Hic  
est, ibi est. & totum utrobiq; est, & in multis locis  
similiter. Noli mirari, q locū fecit: corpus fecit, &  
locū in corpore & corpus in loco. & q fecit ut unū  
corpus in uno loco esset: fecit sicut uoluit, & si uo-  
luisset: aliter facere potuisset. Nā quando uult: ali-  
ter facit. & est: sicut, uult sē per. Quia aut sic ipse fe-  
cit ut corpus unū in uno loco esset: ut quod factū est,  
est uidisti. & nescis aliud: nisi quod factū est, & q  
uidisti. Idcirco miraris, quando aliud uides uel au-  
dis: q uidere & audire cōsueuisti. Ipse aut nō mi-  
ratur: quando aliud facit quā quod facere cōsueuit  
qua quando illud fecit: sciuit tunc & quod aliter fa-  
cere potuisset si uoluisset. Idcirco cū qd mirari cæ  
peris, & dixerit tibi fore cogitatio tua quō hoc es-  
se possit: cogita facientem, & desinet esse mirabile  
qcgd illud fuerit. ¶ Cōfirmat itidē candē sententiā  
facer Hieronymus in sermone dominicæ quintæ  
post Epiphaniam: & adducitur in codice decreto  
rū de consecratione, distinctione secunda cap, in  
guli, in hunc modū. Singuli autem totum accipiūt  
Christum dñm: & in singulis portionibus totus  
est, nec per singulos minuitur: sed integrē se in sin-  
gulis præbet. Astipulatur eidem, & Gregorius in  
homelia paschali: & recitat in volumine decreto  
rū, de cōsecra. distinctione secund, cap. qd sit sanguis  
in hunc modū. Sicut diuinitas uerbi dei uita est q  
totum implet mundum: italicer multis locis & in  
numeralibus diebus illic consecretur corpus, non  
sunt tamen multa corpora Christi neque multi ca-  
lices, sed unus corpus Christi & unus sanguis, cū

Hierony.

Gregorius

Ilo quod sumpsit in utero uirginis: & quod dedit apostolis Diuinitas em̄ uerbi replet illud quod ubi que est: & coniungit, & facit ut sicut ipsa una est ita & unum eius corpus sit in ueritate. Vnde animaduertendum est, quia siue plus siue minus quis inde percipiat: omnes aequaliter corpus Christi in tegerrime sumunt, & generaliter omnes & specia liter unusquisq;. Hæc ille. Quæ etiam partim sunt adducta in uno præcedentium huius libri locoru ubi ostensum est, non multa esse Christi corpora sed unum & idem omnino corpus: quod in diuersis locis siue eodem siue diuerso tempore, consecra tur & in altari offertur: Quod etiam assertum, ad comprobandum rem propositam de subsistentia corporis Christi eodem tempore in diuersis locis: est admodum conducibile, & utrumq; alteri est ad iumento. ¶ Demum author ipse theologiæ natura lis, in superioribus locis s'æpius citatus: in ducente simo nonagesimo titulo sui operis sic inscripti, de clarat diffuse per multa exempla sensibilia: ut uocis prolatæ coram pluribus, & rei uisæ in speculo, ali asq; manuductiones admodum congruas: quod idem Christi corpus & unum numero, simul pos sit esse in diuersis locis, quinimo & simul sit, secundum ipsam rei ueritatem. Quæ quidem deductiones ex rebus naturalibus desumptæ: plurimū habent roboris & efficacizæ, ad consolidandam eorum fidem: qui sincere & recte de sancta eucharistia sentinut, & credunt integræ id ipsum, quod ecclesia sancta de eaproponit omnibus credendū §

¶ Necq; naturalis illa corpore conditio qua circumscriptione & locis determinatus definitur, impedimento esse potest quo minus idem corpus in diuersis sit locis. Quoniam illa eiusdem corporis in diuer-

## Cap. 7.

Author  
theologiæ  
naturalis.

## DE SACRAMENTO.

sis locis pro eodē tempore subsistentia: non natura-  
rali fit uirtute, sed diuina q̄ naturae legibus a se cō-  
ditis nequaç̄ astringitur: sed supra eas (cū uult) mi-  
rabiliter aliqua operatur. Quinimmo tanta etiam  
est eiusdē imensæ pōtatis efficacia & uis, ut si suæ  
placitū esset uoluntati: idem corpus omnibus in lo-  
cis cōstituere possit: cū nihil illi difficile sit, impos-  
sibile nihil. Neq; illud tunc incōmodum haberī de-  
heret, & tanq; absurdum: quamuis ut tale, colli-  
gat id obiectans. Nam corpus oīe, diuinæ subiici-  
tur pōtati pariter & uoluntati, ut quocunq; in loco  
illud cōstituere placitū ipsi fuerit, ipsum locare pos-  
sit. Si igitur in omni loco illud collocare uellet: qd  
illi imensæ uirtuti, quo minus id faceret, resistere  
posset? Neq; tñ huiusmodi corpus (si per hypothe-  
sim, diuinæ uirtutis immensitate: in omni ponere  
est ubiq;. quoniā id ipsum deus ex se hab̄ atq; sua  
pte natura: & non ab alio. Tale uero corpus huius  
modi existentiam in omni loco, solum ab alio ha-  
beret: a quo in hoc prorsus penderet, scilicet a deo  
talism operis auctore. ¶ Porro quamuis secundum  
absolutam dei potentiam idē corpus simul in om-  
ni loco constitui posset, niamdictum est iuxta in-  
signium doctorum sententiam non utique asper-  
nandum: haud tamen apto consequio id colligit  
in præsenti cauillo aduersarius, quod si in pluri-  
bus locis simul idem corpus esse ponatur diuina  
uirtute, eodem iure admitti debere, ipsum simul  
esse in omnibus locis. quoniā non sit ualentior  
in alio quouis. Nempe sola diuina uoluntas, suffi-  
ciens est & efficax ratio, cū sua lege ordinata atq;  
se cōstituta: q̄re idē corpus (ut ipsius Christi in

Idem cor  
pus simul  
in omni-  
bus locis  
diuina uir-  
tute consti-  
tui posse

6

eucharistia) in pluribus sit locis diuersis eodem tempore, & non in omni loco: quid, s. non dei placitū est uoluntati: illud sacre corporis in omni loco, sicut in pluribus diuersis, reponere. Enim uero secundū positam a deo legem, extra cōlūm & apud nos nō subsistit sanctissimum illud corpus: nisi modo sacramentali, & in sacro eucharistiae mysterio. At qui non passim in omni loco consecratur eucharistia: aut consecrata afferuatur in honesto & decen-  
ti sacrario: cum & celebrationi mysteriorū & conseruationi eucharistiæ, suus sit designatus ecclesiastica sanctione locus: in quo utrumq; pro dignitate fiat. Est igitur in his & illis locis (eos demonstrando, ubi sancta est eucharistia: per missæ consecrata celebrationē, aut per consecratæ hostiæ conseruationem) corpus Christi reuera præsens: quoniam hic & illic sacramentaliter subsistit, & sub uenerādis eucharistiæ signis. In his uero & illis locis (alios demonstrādo: ubi non est sacra eucharistia) nō est corpus dominicum præsens: quoniam hic & illic non est subsistens modo sacramentali, & sub sacro eucharistiæ uelamine. ¶ Cæterq; q; non sit sentiendum nec dicendum, corpus Christi re ipsa nūc esse ubiq;: perspicaciter edifferit B. August. in lib. de præsentia dei ad Dardanum, cap. 5. ubi de Christo secundum carnem assumptam loquens, ait: Noli itaq; dubitare, ibi nunc esse hominem Christum Iesum, unde uenturus est, memoriterq; recole & fideliter tene Christianam confessionem: qm resurrexit a mortuis, ascendit in cōlū, sedet ad dexteram patris, nec aliunde q; inde uenturus est ad uiuos mortuosq; iudicandos. Et sic uenturus est, illa angelica uoce testante: quemadmodum ire uisus est in cōlū, i. in eadem forma atq; substātia; cui

V

Q; uis idē  
corpus a  
deo in plu-  
ribus locis  
ponatur:  
non tñ id-  
circo in o-  
mnibus

7

Augst. ad  
Dardan.

Actu. 2.

## DE SACRAMENTO

profcto immortalitatē dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam: non est putandus ubiqꝫ diffusus. Cauendum est. n. ne ita diuinitatem astruamus hominis; ut ueritatem corporis auferamus. Non est autem cōsequens, ut quod in deo est ita sit ubiqꝫ ut deus. Nam & de nobis ueracissima scriptura dicit: q̄ in illo uiuimus, mouemur & sumus, nec tamen sicut ille: ubique sumus. Sed aliter homo ille in deo: quoniam & aliter deus in homine, proprio quodam & singulari modo. Hęc Augusti. At uero non recte id trahi consequio, ut corpus Christi ratione unionis suae cū diuinitate, diffusum sit per oīa & ubiqꝫ, sicut & ipse deus (quę admodum nunc adducta Augustini uerba; uel ap̄tissime testantur) facile & hoc potest argumento conuinci. Nam in triduo sepulturę dominicę, sarcuum Christi corpus erat in sepulchro unitum diuinitati: & non in partibus terrae inferioribus, ubi diuerso anima ipsa Christi, in abyssis terrae tū erat & non in sepulchro: ubi tamen erat diuinitas, unita sacro eiusdem corpori. Similiter in homine casit eadem anima. Nō enim est ipsum caput, ubi est eiusdem hominis pes: etiam unitus eidem anima. Nec pes hominis est, ubi caput eiusdem: licet anima illae partes eidem animae unitatur, etiam toti importet in omni esse loco: ubi cunqꝫ est id ipsum cui uerbis, succinit & Anselmus: eandem de subsistencia corporis Ch̄ri in pluribus locis, non tamen simul in omnibus; hisce uerbis corroborans sententiam. Nec tamen naturam corporis domini, ubiqꝫ

Actu. 17.

Corpus  
chri nō u-  
biqꝫ diffu-  
sum esse: si  
cū eius ē  
diuinitas

8  
Anselmus



esse dico: quia nec opus est nisi ubi uult, & ubi si-  
dei certosacramento hoc operatur; ad quod assu-  
pta ē & glorificata; mysterium. s. saluationis hu-  
manæ. Et paulo post. Sic ergo constat in diuersis  
locis uno horæ momento esse posse corpus Chri-  
sti: sed lege creatricis naturæ, non creatæ. Cum au-  
tem naturæ creatæ natura sit, creatricis naturæ legi  
bus in omnibus obedire: si aliquando pacta sua re-  
soluenda illi permittit, qui ea instituit & ordinat,  
non uideri debet errare, uel deuiare ab ordine suo:  
maxime in illa natura, quæ in unitate personæ cō-  
iuncta est illi uerbo: per quod facta est omnis na-  
tura. Hæc Anselmus.

Idem.

¶ Ob præsentia corporis Christi in eucha-  
ristia, fideles non impediri, quin sursum cor-  
da habeat ad dominū, quin etiā quæ sursum  
sunt quærant, nō quæ sup terrā. Ca. XIX.

**T**RICESIMAQUARTA aduersarij obiectio.  
Ricesimaquarta aduersarij obiectio.  
Sicut in celebratiōe missæ fæcerdotem „ I  
audimus dicentē nobis: sursum corda. „  
ita & Paulū audiamus sine intermissi „  
one clamantē: Si cōsurrexitis cū Chri „ Colos. 3  
sto: q̄ sursum sunt quærите, ubi Christus est ad de „  
xteram dei sedens: quæ sursum sunt sapite: nō quæ „  
super terram. Et ad Philippenses. Nostra autem „ Philip. 5  
conuersatio: in cœlis est. Quare debemus animum „  
nostrum a terrenis istis desiderijs auocare & omni- „  
no in cœlum affectu tendere. ut ubi est thesaurus „  
noster: ibi sit & cor nostrum. Hunc autem thesa- „ Mat. 6  
rum nostrum auferre uolunt: qui Christū hic præ- „  
sentē in eucharistia collocant. Huic accedit, q̄ per „  
uerba prædicta ad Colossenses, uult apostolus nos „  
non solum reliquere terrestria; sed & ea quæ sunt „

V 2

## DE SACRAMENTO

super terram. Corpus autem Christi si esset in eu-  
charistia: terrestre quidem non esset, sed esset super  
terram. Non ergo esset illud a nobis tunc quæren-  
dum: secundū Pauli doctrinā. Cui si (ut debemus)  
inhærere uolumus: in cœlo tantum illud quærere  
debemus, ubi est ad dexteram dei considens, & nō  
in eucharistia. Hæc Oecolampad. ¶ Responsio. In  
tota hac rōcinatione: iudicatur aduersarius homony-  
mia, & equiuocationeq; horū uocabulorū, sursum,  
& super terrā: q̄ arbitratur in locis a se citatis desi-  
gnare dūtaxat differentias positionum: & situum  
diuersitates. Ut sursum ea dicantur esse: q̄ nos sup  
eminent, & supra uerticem nostrę sunt collocata:  
ut orbes cœlestes: sol, luna, & astra. Super terram  
uero esse censeantur: q̄ subsident, & in hac terestri  
regione sunt constituta. Et in cœlis esse, dūtaxat  
putat ea dici: q̄ in cœlestibus thronis sublimiq; cœ-  
lorū habitaculo sita sunt atq; consistunt. Quæ sane  
acceptio[n]es, et si in philosophia naturali (ubi na-  
turae rerū sensibilium exquiruntur proprietates & ui-  
non semper sunt expetendæ: sed attollendus ultra  
hæc corporalia est animus: & intendenda mentis  
acies in spirituales & immateriales rerū qualitates.  
Itaq; secundum sacrarę literarę frequentem usum,  
& ea dicuntur esse sursum: quæ spiritualia sunt &  
cœlestia bona. quis etiā hominibus hic degéntibus  
insint: secundum illud domini uerbum: regnum dei  
intra uos est. Et sursum habemus corda: qñ illa ad  
deum syncero affectu erigimus. tametsi iustorum  
hominum sit inhabitator: & secundum diuini Pau-  
li uerbum, ipse sit per omnia & i omnibus nobis.  
Super terram uero esse dicuntur terra & transi-  
toria bona: honores, opes, uoluptatū illecebræ: &

Quæ in sa-  
cris lit. sur-  
sum dicū-  
tur eē: &  
q̄ sup ter-  
ram

Luc. 17

Ephe. 4

affectus etiam interiores animi: propensesores aequo ad hunc caduca & occidua bona. Tunc igitur quoniam sunt super terram: quoniam neglecta honorum spiritualium cura, utpote virtutum, gratiarum, donorum dei ac premiorum celestium: ferimur in terrena desideria, cupiditatem mundi huius: quod apostolus ad Colos. scribens: in uerbis obiectioni praesenti insertis omnino uerat. Denique nostra conuersatio, in celis esse dicitur: quoniam animus noster liber curis & solitudine huius seculi, totus fertur in bonorum spiritualium desideria, in pio operi studium, virtutum exercitationem, & aeternae retributioonis affectum. ¶ Hac autem notione dictari uocum recepta atque admissa: flaccidum redditur & paenitus enerue, quicquid in hac obiectione molitur Oecolamp. Nempe adorantes sacrum Christi corpus in eucharistia: eo ipso non impediuntur, quin sursum corda habeant ad dominum: nam feruido devotionis spiritu atque fide feruntur in Christum: qui & illic praesens adest, quique in celis regnat gloriatus. Siquidem non ita in eucharistia confitemur eum praesentem: ut negemus ipsum etiam simul in celo in eodem gloriose corpore sublimiter consistere. In huiusmodi praeterea adoratio: sicut thesaurus noster Christus in celis est (quoniam etiam una nobiscum: uere assit corpore praesens) ita & cor nostrum illic esse debet: pioque affectu diuersari: reiectis huius mundi desideriis & noxiis cupiditatibus. Neque hunc eripiunt hominibus thesaurum: qui in eucharistia confitentur adesse Christum: quoniam etiam una fatentur eum in celis regnare: atque assistere dexterae paternae maiestatis. Denique sicut sacratissimum Christi corpus in eucharistia praesens, non est terrestre, sed sublimi glorificatione su-

Colos. 3

Philip. 3

Ex 3. etiā  
ca. huic li.

Corpus  
Chri in eu  
charis. nec  
terrestre es  
se, nec de  
sorte eorum  
qui sunt super  
terram.

V 3

## DE SACRAMENTO

per omnes coelos exaltatum: ita neq; de numero  
est eorū quæ sunt super terram, i. honorū terrenorū  
quæ euānida sunt & decidua, tametsi re ipsa nobis  
cum in terra consistat. Quocirca per illius in sacro

Eucharistiae mysterio præsentis adorationem nō

impedimur; quin nostra conuersatio sit in cœlis.

Quinimo excitamur ardentius, illius præsentia: ut  
abiectis rerū temporalium desiderijs ad cœlestia su  
spiremus, & ita perfectius & expeditius in cœlis  
conuersemur. Solent enim quæ præsentia sunt, ue  
hementius animos nostros mouere: q; absentia &  
procul distantia. ¶ Tricesima quinta & ultima ob

” 4 iectio: Si fuerit Christus super terram & præsens

Heb.8 ” in eucharistia: iam non erit sacerdos. Nā ut ad He  
bræos scribit apo. in cœlis, sanctorum est admini  
strator ac ueri tabernaculi, quod fixit deus & non

” homo: quo ingressus, una pro peccatis oblata ho  
stia: nihil a terris ut patrem placet, denuo offert. Il

” luc animis & cogitationibus recurrendum: illuc

” nobis dona conferet longe felicius: q; si eum super

” terram quereremus, etiam si uisibilis foret. In cu

” ius rei argumentum: illud afferri haud ab re potest

” q; apostoli q;diu super terram erat Christus: non

” erant capaces sublimioris doctrinæ: sed post eius

” abitionem, spiritum sanctum receperunt. Quanto

” magis nos quādiu a carne pendemus, & non illuc

” cum gratiarū actione tendimus ubi in dextera pa  
triis sedet: incapaces erimus donorum dei. Hæc

” Oecolamp. ¶ Responsio. Inuicta prorsus & ine  
pta est ea consecutio, quæ in huius obiectio[n]is ini  
cio texitur: subinserens ex præsentia Christi in eu  
charistia, destrui & sustollit eius sacerdotiū. Nem

” pe cum hic Christus in mortali adhuc diuersaba  
tur corpore, & necdum coelos concenderat; uerus

erat sacerdos secundum ordinem Melchised. Nam sub forma panis & uini sanctissimum eucharistiae sacramentum instituit: quod deinceps offeretur in sacrificium perpetuum, & apostolos suos omnes tunc etiam sacerdotali insigniuit dignitate: ac paulo post se ipsum in ara crucis deo pri pro nobis obtulit in sacrificium placationis: ut tunc simul fuerit sacerdos & hostia deo gratissima. Quod to magis nunc stola immortalitatis induitus, & in caelis gloriose residens: etiam sacerdos haberi & dici debet in aeternum, tametsi nobiscum itidem praesens sit in sanctissimo eucharistiae sacramento. Non. n. uestra Christi secundum corporalem substantiam praesentia, in hoc sacro mysterio: derogat aut praevideat gloriosae eius in caelo sessioni ad dexteram patris. Cuius oppositum uidetur hic subinfinuare Oeco lampadius: putans (ut sonant eius uerba) quod si uere praeventem in Eucharistia ponimus hic Christum: protinus negare debeamus ipsum in caelis etiam considerare ad dexteram patris: quasi non posset simul & hic esse praesens secundum corporis substantiam: & in caelo ad dexteram patris considerare. ¶ Falsum est illud, quod subnectit in hoc loco: ut puta quod christus tabernaculum uerum (scilicet caelum: Mosaico tabernaculo ut figurali & typico designatum) ingressus: una pro peccatis oblata in cruce hostia, nihil a terris ut patrem placet, denuo offert. Quippe ipse ut uerus & summus sacerdos, ministerio suo ore in terris sacerdotum & ecclesiae: suum sacratissimum corpus & sanguinem in quotidiana cuiuscum missae celebratione, offert deo patri: quo placabilem reddat & petitis nostris propitium. Proinde sancta eucaristia in diuino missae mysterio oblata; dicitur hostia reconciliationis & placationis,

V 4

Per pntiā  
corpis chri  
sti i eucha  
ris. non su  
stoli eius  
sacerdotiū

6

Christum  
quotidie a  
ligd a ter  
ris offerre  
ut patrem  
placet

## DE SACRAMENTO

q̄m per eam expiamur a peccatis nostris, reconcili  
amurq; deo: qui merito nobis infensus, placatur p  
hanc acceptissimam sibi oblationē. Verū (ut reor)  
id ipsum quod mō confutatum est, proponit Oeo  
Iampadius: q̄m iniciatur salutarem hostiā in mis  
ſæ mysterio consecratam, esse sacrificium. Nec id  
mirū: cum neget etiam in illa hostia uerum Christi  
corpus contineri: quo negato, quid reliquum esset  
in eaſ hostia, niſi nuda panis & uini substātia: quæ  
ueram sacrificij nouæ legis rationē habere non  
potest? Sed utrūq; horum: iam satis superq; in su  
perioribus locis est reuulsum. ¶ Ad hæc, admitti  
mus ultro, mentes nostras in cœlum erigi debere:  
& desuper expectanda diuinæ largitatis munera.

Cæterū nonne hæc omnia commode fieri possunt  
una cum adoratione præsentis nobiscum corporis  
Christi in eucharistia? Nunquid si nobiscum adest  
Christus uere in hoc augustinissimo sacramento, &  
id ipsum firmiter credimus: id nobis impedimento  
est, quo minus animo in cœlum feramur, & supne  
dona cœlestia expectemus? Certe post acceptas spi  
ritus sancti a discipulis domini primitias, Christus  
in sedibus ætheris cōsedit ad dexteram patris, &  
simul cum apostolis erat p̄nī in eucharistiae sacra  
mento, cum legantur & ipsi missarum solennia ce  
lebrasse. Nihilo secius & animi eoꝝ toti ferebātur  
in cœlestia, & amplissima eis conferebantur a deo  
gratiarū munera. Cur igitur & nunc idem præsta  
ri non poterit: si modo cordium nostrorum nō ob  
sit segnities? ¶ Q; autem apostoli, sublimioris do  
ctrinæ nō erant capaces, qđiu cum ipsis erat Chri  
stus: id in causa fuisse assignat autores sacri, quoni  
am maiorem in modum afficiebantur in præsentis  
qm̄ eius corporalem; qua uisibilis inter eos uersa-

P̄ntiā chri  
sti i eucha  
ristia: non  
impedire,  
nostros a  
nimos fer  
ri in cœle  
stia.

8

## EVCHARISTIAE. II 157

batur, & in medio illoꝝ consistebat in proria & visibili forma. quo propensiore affectu: tardiores reddeabant ad sustollerdos in cœlestia animos.

Cum uero sublatus fuit illis aspectus ille corporis Christi manifestus: tunc redditū sunt aptiores ad diuinā capienda mysteria. Ideo apud Ioannem: dñs ipse dixisse illis legitur. Expedit uobis: ut ego uadam. Si enim nō abiero: paraclitus non ueniet ad uos. Si aut̄ abiero: mittam eum ad uos. At in sacra eucharistia non sic adeſt nobis præsentia Christi, in propria forma conspicui & spectabilis: sed occulta sub tegmine specier̄ panis & uini. Idecirco non est illa præsentia eius nobis obstaculo: quo minus in cœlestia feramur, & spiritualia a deo dona p̄cipiamus. quinimo ad idipsum, maius præbet huiusmodi affiſtentia corporalis dñi, nobis incitamentū & adminiculū cū soleamus (ut modo dictum est) in ea q̄ coram affunt, feruentius affici:

¶ Rationū, quibus contendit Lutherus in eucharistia post consecrationē manere substantiā panis una cum sacro Christi corpore dissolutio.

### Cap. XXII

**A**T uero qm̄ in uicesimo præcedētis libri capite dictū est Lutheruꝝ nostra ætate cū cæteris perniciosus suis dogmatibus & hanc resuscitasse erroneam & iam olim damnatam assertionem: q̄ in sancta eu charistia, peracta consecratione sacerdotali, mane at integra & indemutata panis substantia simul cum sancto Christi corpore, sub ijsdem ipsius panis speciebus: operæ premium nunc fuerit aliquas eius rationes in præsentia afferre & dissoluere, q̄ bus in suo libro, de captiuitate Babylonica, tot fer

Ioan .16.

Lutherus  
trāsubstan  
tiationem  
negat.

V S



## DE SACRAMENTO.

Obiectio-  
nū Luthe-  
ri contra  
Transubstā

<sup>2</sup>  
tiationem  
dissolutio-

Matt. 26,  
Mar. 14,

L 22

me erroribus quod s'entij scatēt, & in libro suo apologetico ad prioris illius defensioē postea elaborato. conatur p'r̄dictam astruere suam positio nem de subsistentia panis in eucharistia cum corpore Christi, & transubstantiationis fidē (q̄ tota tenet ecclesia) penitus euertere. ¶ Est igitur prima eius ratio, ad id rēdens huius modi. Verbis diuinis non est uia facienda uis, necq; per hominē necq; per angelū. sed quantū fieri pōt, in simplicissima significatione seruanda sunt: & nisi manifesta circumstantia cogat, extra grammaticam propriā accipi enda nō sunt: ne detur aduersariis occasio totā scripturam eludēdi. At uis fit uerbis diuinis, si quod Christus ipse uocat panem: hoc nos dicamus inteligi panis accidentia, & quod ille uinū uocat: hoc nos dicamus esse uini speciem. Omnibus ergo modis, uerius panis & uerū uinū restat in altari: ne ueris Christi fiat uis, si species sumatur pro substātia Nā cū euangelistæ clare scribant Christum accepisse panē ac benedixisse: uerū oportet intelligi panē, uerumq; uinū, sicut uerū calicem. Non enim calicem transubstantiari: et iam ipsi dicunt. Hæc Lutherus. ¶ Responsio. Fatemur ingenue id ipsum: quod primo loco assumit præsens obiectio. Fatemur itidem & secundo in loco assumptam propositionem: nisi quiddam manifeste falso in se clauderet. nos. s. id ipsum quod Christus panem uocat: dicere, intelligi debere panis accidentia. & quod dominus noster uinum nominat: nos asserere. accipi debere uini speciem. Non enim illud dicimus, neque in hac materia tale quiddam proponimus: unde recte colligi possit & nobis imponi, q̄ speciem sumamus pro substātia. Sed quod Christus panem & uinum nominauit ante ipsum consecratio-



nis articulum astruimus uere panem & uinum fuisse, & ita pro illo temporis spacio nominari debere. Et quod post consecrationē a se factā Christus nō panē & uiuum, sed suum corpus nūcupauit & sanguinē: dicimus cum ecclesia catholica, non panis accidētia aut uini speciē intelligi debere aut appellari, sed uerē Christi corpus sub accidentibus panis contentū: & uerum itidē Christi sanguinē, sub uini speciebus occultatū. Et ita facientes, nullā inferim uim aut obtortam intelligētiā uerbis diuinis: sed iuxta propriam significationem & sensum plānū quem euangelistæ expresserunt, eadē accipimus. Siquidē tres sancti euangelistæ nechō & beatus Paulus in prima ad Corinthios epistola cōmemorantes primam huius sacratissimi eucharistiae mysterij institutionē: referunt Christum in manus suas accepisse panē, itidē & calicem uinum continentem. & pro illo temporis puncto: panem & uinum nominant: Cum uero describunt Christum porrexisse discipulis, quod cœlestis benedictionis uirtute consecrauerat: tum non panem & uinum, sed corpus suum & sanguinem. Christum dedisse eis enarrant, & plane corpus & sanguinē eius uocant. Iusup annūimus uerē fuisse calicem, quantū ad propriam eius substantiam post consecrationē uini: sicut ante fuerat. qm̄ ipsa consecrationis uirtus a Christo in prima huius mysterij institutione, in ipsam calicis substantiam non ferebatur: sed duntaxat in uinum calici impositum. At uirtus ipsa consecratoria: plane in panem fertur & uinum altari impositū, ex primaria Christi institutione. Idcirco neutrum eorum secundum substantiā superest, perfecta consecratione: sed panis in uerē Christi corpus, & uinum in eius sanguinē

Quē loquē  
di modum  
Crī uer-  
bis cōfor-  
mē: tener  
ecclesia.

I. corin. II.

## DE SACRAMENTO.

„ conuertitur: ¶ Secunda Lutheri ratio: Ex filo ser-  
„ monis euangelistarum de institutione sacramen-  
„ torum , p̄ceptum est ostendere : pronomē  
„ hoc in uerbis domini, hoc est corpus meum, ad pa-  
Matt. 26 „ nem aptari. & sic sonare ap̄te Christi uerba , hoc  
Mar. 14 „ est corpus meum: id est, hic panis est corpus . Nā  
Luc. 22 „ textus sic habet. Accepit panem, benedixit, fregit  
„ & dixit. hoc est corpus meum. Vides hic, ut om-  
„ nia illa uerba accepit, benedixit, fregit: de pane di-  
„ cantur, & eundem demonstrat pronomē hoc.  
„ Quia illud ipsum quod accepit, benedictum & fre-  
„ git: hoc inquam acceptum, benedictum & fractū  
„ significatur, cum dicitur, hoc est corpus meum &  
„ ita illic non prædicatum : sed subiectum demon-  
„ stratur. Non enim corpus suum accepit, benedixit  
„ & fregit: sed panem, ideo non demonstrat corpus  
„ sed panem. Hæc sunt plana uerba Christi: quæ ne-  
„ quiter ab ijs detorquentur in alienum sensum , q  
„ pronomē hoc in illis, ad corpus propria temerita-  
„ te accommodant. Hæc L utherus. ¶ Responsio  
„ Hac ratione contendit Lutherus : in illis domini  
„ nostri uerbis, hoc est corpus meū pronomē hoc  
„ ad panem demonstrandum referri debere : & nō  
„ ad corpus. Sed inepte probris & absurde. Tum  
„ quia si panem demō strare uoluisset illic Christus  
„ dicere utiq; debuisset iuxta linguae latinæ proprie-  
„ tam. hic (scilicet panis) est corpus meum. & nō  
„ hoc, in neutro genere. Et in calicis consecratione:  
„ dicendum a Christo fuisset. hoc (scilicet uinū) est  
„ sanguis meus. & non, hic est sanguis meus. uel hic  
„ est calix sanguinis mei. cū pronomē demonstrās  
„ & rei demonstratæ nomen: eiusdem esse debeat  
„ generis secundum, grammaticæ regulas. Tum eti-  
„ am; quia si in his uerbis domini, hoc est corpus me-

Ch̄m in  
ybis suis  
cōsecreto-  
riis: nō pa-  
nē corpus  
suū demō  
strasse,



um, pronomen hoc, demonstraret panem, iuxta Lutheri placitum: sensus illius esset (quem & ipse assignat & admittit) hic panis est corpus meum. Et ita eadem omnino res secundum substantiam: esset panis triticeus & corpus Christi. quod non modo factum est, sed & impossibile: humanæq; mentis fugiens captum. quæ comprehendere nequit: unam rem esse alteram, prorsus a se diuersam, ut circa finem primi libri huius operis: est ostensum. Proinde tenendum est inconcussè in illis Christi uerbis, hoc est corpus meum, pronomine hoc, sacram Christi corpus sub forma panis contentum demonstrari, quemadmodum postremum libri præcedentis caput: latius explicuit. ¶ Necq; ex filo sermonis euangelistarum, poterit Lutherus (ut iatitat) conuincere: uerba domini prædicta, ad panem materialem aptari debere. Nempe secundum eorum sacram & ueram narrationem: accepit qui dem Christus in manus suas panem, sed antequam eistunc quicquam porrigeret: ilium in suum corpus diuina uirtute conuertit, & illud suum corpus illis porrexit. Qd satis insinuant uerba ipsius subsequentia, utputa, hoc est corpus meum. Non itaque idem secundum substantiam, accepit Christus in manus: & suis deinde tradidit discipulis, at cœdit Lutherus, uolens omnia ea uerba illuc apud euangelistas posita, & præsertim uerbum dedit: ad panem referri, sed perperam. Sic sane non eadem erat substantia, quam Moyses manu tenuit cum uirgam haberet: & quæ post illius in terram proiectionem reptauit & serpuit, atq; territum Moysē in furgam conuertit, quod diuino miraculo uirga fuisse in colubrum uersa. necq; cum ipso colubro superfuit uirgæ substantia; necq; postea in uirga, su

Cap. 20.

Matth. 26  
Marci. 14  
Lucæ. 22.

Exod. 4.

## DE SACRAMENTO.

perstes fuit colubri natura. Similiter ministri in his  
prijs impleuerunt quidem hydrias aqua: ut iusse-  
tat dominus. nō tamen aquā architriclino propina-  
haurirent ex hydrijs quicquam, aqua fuerat mi-  
tata. Sed nunquid in uino illo & cum eo: mansit in  
tegara aquæ substantia post huiusmodi conuersio-  
nem? Nullus id plane diceret. Ita certe post conse-  
crationem, neque cum corpore Christi dicenda  
est superesse panis substantia: ut que iam sit in ip-  
sius corpus conuersa. neque cum sanguine Chri-  
sti restare tini materialis substantia sub eius spe-  
ciebus: q[uod] uirtute consecrationis, ipsa sit in uerum  
eius sanguinem transmutata. quemadmodum in  
superioribus locis, potissimum in uicesimo libri  
præcedentis capite: diffusius est explicatum. ¶ Ter-

I.roc. " 17 tia Lutheri ratio. Beatus Paulus in decimo primæ  
epistolæ ad Corinthios capite: dicit . Panis quem  
frangimus: nonne participatio corporis Christi  
est? Non ait: corpus quod frangimus. non ait: nihil  
illud, consecrationis reliquum, quod frangimus:  
aut accidentia quæ frangimus, sed panis quem frā-  
gimus. utique iam benedictus & consecratus.  
Hic igitur panis benedictus: est participatio cor-  
poris domini. Et simile habetur in eiusdem epistolæ  
ad Corinthios undecimo capite: ubi dicit Paulus  
Qui manducat hunc panem & babit calicem dñi  
indigne: reus erit corporis & sanguinis dñi: iudi-  
ciumq[ue] sibi manducat & babit. Ex q[ua]bus locis liq-  
uo constat: ipsum panis substantiam, post consecra-  
tionē manere i[us] eucharistia cū corpore Christi, sub  
eisdem accidentibus ipsius panis. Alioq[ue] non uere nec  
recte: panis ab apostolo in locis supra dictis nomi-

93



naretur. ¶ Responsio. Ex quinto libri huius capi  
te: habetur omnimoda & plena solutio huius rati-  
onis Lutheranæ. ubi aliquot assignatae sunt causæ  
sacrarumque literarum testimonio corroboratæ:  
quare sacrum CHRISTI corpus in eucharistia  
sub accidentarijs ipsius panis (qui iam secundum  
substantiam omnino desinet) speciebus uere sub si-  
stens, nominetur plerunque panis. Quarum duæ  
primæ, etiam huic loco congrue adaptatæ: & hoc  
pacto haud inconuenienter accommodari possunt.  
Prior quidem, quoniam mos est scripturæ sacræ,  
appellare interdum quippiam, non id quod est, sed  
quod ante fuerat. & id quod per conuersionem est  
factum: uocare nomine illius, quod in ipsum est  
conuersum: ut serpentem ex uirga Aaron factum:  
scriptura uocat in Exodus, uirgam Aaron. Idcirco  
diuinus Paulus hunc loquendi morem & sermo-  
nis usum fecutus: sacrum Christi corpus in locis an-  
te citatis uocauit panem, quoniam ex pane per trans-  
mutationem est factum, & panis in ipsum: uirtute  
consecratoria conuersus. Posterior uero causa il-  
lic expressa: etiam & hic apte applicatur. quoniam  
scilicet scripturæ sacræ plerunque est consuetudo  
quippiam nuncupare nomine illius rei, in cuius for-  
ma apparet, & cuius præ se fert speciem. Ut ange-  
los sanctos, nonnunquam uiros appellatos in diui-  
nis eloquijs legimus: quoniam in uirorum specie  
apparuerunt hominibus. Hūc igitur sermonis mo-  
duum nequaquam improbandum imitatus aposto-  
lus: sanctissimum Christi corpus, panē appellavit,  
in locis a Luthe. in obiectione annotatis: quoniam  
ipsum in forma panis nobis apparet & colpicitur:  
illiusq; ob remanentem figurā & accidentia, præ-  
fert similitudinem. Verum neg; ex priore harum

Exod. 7

Gen. 18.  
Tobi. 12  
Act. I.

## DE SACRAMENTO.

rationū neq; posteriore, colligere: possit in eucha-  
ristia manere panis substantiam, un a cum sarro  
Christi corpore, iuxta beati Pauli sententiam. quin  
potius omnino oppositum: ex prædictis recte con-  
ficias. quandoquidem illic apostolus, nō panem uo-  
cauit ipsam panis materialis substantiam: sed san-  
ctum Christi corpus. tum quod panis in ipsum cō-  
uersus est: & ante fuerat panis. tum etiam quod ip-  
sum, specie tenuis gerit panis imaginem. illiq; quā  
tum ad exteriores illas proprietates accidentarias

9 adhuc assimilatur ¶ Quarta Lutheri ratio. Pri-  
mitiva ecclesia & illius seculi patres, penitus igno-  
rarunt transubstantiationis iplius rem atq; fidem:  
neq; de illa quicquam meminerunt, aut scriptis su-  
is tradiderunt. Sed ab hinc trecentos annos, a tem-  
pore scilicet Innocentij tertij: inducta est primum  
transubstantiationis credulitas & articulus. Atqui  
non tutum est neque probandum: quicquam tam  
anxie ad fidem spectans, noua autoritate inuehe-  
re ecclesiæ, aut circa credenda: nouum quippiam  
inferre aut ingerere auribus & animis hominum.  
Non est igitur recipienda illa, de transubstantatio-  
ne, quorundam assertio: sed in ipsius primituæ ec-  
clesiæ fide & doctrina standum. tenendumque: in  
simu'cum Christi corpore. Hæc Lutherus ait.

10 ¶ Responsio. Inficiandum est prorsus: quod primo  
loco hic proponitur, & contra sentiendum: fidem  
de transubstantiatione in eucharistia, a principio  
fuisse nascentis ecclesiæ, & a primordio institutio-  
nis sanctissimi huius sacramenti. Siquidem illam  
Christus per hæc sua uerba, hoc est corpus meum  
in ipsa primaria illius mysterij ordinatione insinua-  
uit; eandemq; apostolos edocuit, & per eos, totam

Fidē de  
transubstan-  
tiatione a  
principio  
fuisse na-  
scētis ec-  
clesiæ,



ecclesiā. Eādem quoq; fidē orthodoxi patres illius  
prīscæ ætatis & proxime sequentium sacerdorum:  
suis scriptis explicuerunt & sunt professi: quemad  
modum ex multis eorum sententijs in libro præce-  
cedente sparsim adductis, præsertim in capite eius  
uicesimo primo: clare liquet. Quinimo in primo  
huius libri cap. etiam diffusius est enodatum: quo  
modo articulus ille de transubstantiatione, ex sacris  
literis deducitur, & potissimum ex hisce CHRIS-  
TUI uerbis: hoc est corpus meum. Et quamvis  
(ut credibile est) ante tempora Innocentij tertij, no-  
men transubstantiationis non usque adeo uulgatū  
fuerit, aut in frequenti ecclesiæ usu receptum: sic  
ut postea, res tamen ipsa transubstantiationis, alijs  
nominibus (ut conuersionis, aut transmutationis)  
a sacris doctoribus explicata: semper recepta fuit,  
& asserta, ab ipso surgentis ecclesiæ exordio. Quē  
admodum ante concilij Nicenī tempora, non legi-  
tur nomen consubstantialitatis: a sacris scriptori-  
bus in crebro fuisse usu: quod hæreticorum impro-  
bitas adegit tum usurpari frequentius: & deinceps  
in omnium ore uersari. Res tamen ipsa, eo nomi-  
ne expressa: ab ipso Euangelicæ legis initio, nota  
fuit orthodoxis patribus, & explorata. quinimo  
& ex hoc euangeli fonte deprompta: quo Chri-  
stus dei filius, de se, & patre suo loquens, ait: Ego,  
& pater unum sumus. ¶ Quinta Lutheri ratio.  
Qui panis substantiam negant in eucharistia rema-  
nere cum Christi corpore post consecrationem: in  
ter cætera argumenta sua adducunt & id uerbum  
Ambrosij. Licet figura panis & uini videatur in  
eucharistia: nihil tamen aliud, quam caro & san-  
guis Christi, credendum est. Atqui illud Ambro-

Ioan. 10

" II

"

" Ambro.

"

X

## DE SACRAMENTO

„ si dictum, seipsum interimit: cum impossibile sit,  
„ aliud nihil remanere quam corpus & sanguinem  
„ post consecrationem. Nisi apud illos: forma, color  
„ frigus, & alia accidentia: nihil esse dicantur. Nam  
„ haec certe ut non sunt nihil: ita ea remanere ui-  
„ demus: ut Ambrosium hic errasse, palam etiam  
12 „ palpemus. Haec Lutherus. ¶ Responsio. Intole-  
rabilis est haec Lutheri insolentia, & nequaquam  
ferenda animi arrogantia: qua manifestarium er-  
rorem impingit sacro antistiti Ambrosio. cum ta-  
cespit et circa rectam uerborum ipsius Ambrosij  
intelligentiam. Nempe beatus ipse pater cum in  
uerbis praesenti obiectioni insertis dicit, nil aliud es-  
se credendum in eucharistia, quam carnem Chri-  
sti & sanguinem: per eas dictiones, nihil aliud, in-  
telligit nullam aliam substantiam in eucharistia es-  
se credendam, quam corpus & sanguinem Chri-  
sti. Neque particulam illam negatiuam in omni-  
moda sumit generalitate: ut etiam accidentia suo  
ambitu includat. Quomodo enim negaret Ambro-  
sius accidentia panis & uini non manere in eucha-  
ristia: qui asserit in ijsdem uerbis, figuram panis et  
id genus qualitates uisu perceptibiles: in acciden-  
tium numero ac sorte reponi solent? At uero Lu-  
therus particulam illam negatiuam nihil, omni-  
bus autem universaliter in uerbis illis Am-  
brosonianis claudat. Et idcirco alteri errorem imponens non  
erranti: ipse se errare non putans, grauerter errat.  
Cæterum haec per quandam, quasi digressionem  
dicta, non tamen nostro instituto inutilia; nunc suf-

Particulā  
nihil, pro  
nulla sub-  
stantia: in  
terdum  
apud auto-  
res sumi

ficere putanda sunt. ¶ Ex quibus, cum ijs quæ in toto hoc opere de Oecolampadiana circa eucharistiam assertione dicta sunt, colligere promptum est: Lutherum una in parte ipsi ecclesiæ aduersari, & in eadem cum Oecolampadio sentire: eo ipso scilicet, quod substantiam panis in eucharistia ponit super esse post consecrationem. Altera uero in parte, eundem Lutherum cum Ecclesia sancta sentire in hac eucharistiæ materia: & ipsi repugnare Oecolampadio: ea uidelicet in re, q[uod] in sanctissimo altaris sacramento ipsum CHRISTI corpus ueraciter & re ipsa contineri afferat. Oecolampadius uero in utracq[ue] suæ assertionis parte: omnino ex opposito cum ecclesia pugnat. Nam & substantiam materialem panis post consecrationem super esse integrum astruit: quod ecclesia catholica prorsus abnegat. & sanctum Christi corpus in eucharistia secundum ueritatem suæ substantiæ adesse diffiteretur: quod tamen ecclesia sancta, pia confessione amplectitur & credit. Quocirca multo grauior est ipsius Oecolampadij circa eucharistiam error quam Lutheri: quod huius sit unicus, illius uero duplex & geminus. Cæterum ambo, illud commune inter se habent erroris consortium: q[uod] transubstantiationis & nomen & rem omnino repudiant. quorum tamen utrumque: ecclesia catholica & pie & religiose profitetur.

15

¶ Sed iam percurso suscepitæ confutationis opusculi Oecolampadiani studio, metam propositi negotij iam affecuti. nostrum hic cursum sistamus oportet. Si qua uero in prædicto aduersarij libro supersunt, improbatione digna, quæ hic expressa determinatione non attigimus: per ea quæ in præsenti elucubratione

X 3

Assertio  
num Lu  
theri, &  
Oecolam  
padij, circa  
materiam  
euchari  
stiæ: adin  
uicē com  
paratio.

## DE SACRAMENTO.

sunt explicata, facile illa conuelli elidicq; poterunt  
a studiosis & sedulis lectoribus. ¶ Porro ad  
ampliorem supra dicti libri Oecolampadiani re-  
probationem: magnum id adjicit pondus atq; mo-  
mentum, & plurimi certe faciendum. quod anno  
superiore facultas sacræ thæologiæ studij Parisien-  
sis (cuius & ipse, licet immeritus, sum alumnus)  
eundem librum matura & diligentí indagine a se  
examinatum ac excussum: in sua publica congre-  
gatione, unanimi omnium consensu, censuit erro-  
rum in fide & impietatis resertissimum esse, habe-  
riq; debere: atque in sacrosanctæ eucharistia ueri-  
tatem & reuerentiam, præsertim blasphemum.  
Quocirca lectionem eius, fidelibus omnibus inter-  
dicendam, doctrinali sententia tunc etiam iudica-  
uit: ipsumque librum ultricibus flammis exuren-  
dum, ne contagione errorum ilius, incauti lecto-  
res insificantur. Ex hac igitur theologorum. Pa-  
riensium determinatione, aliquanto facta tempo  
re antequam ad hæc scribenda animum applicare  
cognoscere promptum est, non ab re me calamū  
in eum librum strixisse. Vix illo penitus rejecto,  
& cæteris omnibus, consimilem impietatem olen-  
tibus (ut tandem extremam coepit huic operi ma-  
num imponamus) enitamus pro viribus tam fir-  
ma fide, piacq; deuotione & reuerentia Christum  
in sacra eucharistia uere præsentem, sed taberna-  
culo sensibili adopertum, colere: ut tandem eundē  
reuelata facie, positoque omni uelamine contem-  
plemur aperte in gloria cælesti. Et quem nūc sub-  
demum speculemur clarissimo gloriæ lumine palā  
conspicuum. Cui sit laus & gloria, ac gratiarum  
actio; in secula seculorum. Amen.


Determi-  
natio facul-  
tatis theo-  
giæ Pari-  
sis: contra  
Oecolam-  
pndirm.

¶ SECUNDI LIBRI DE SA  
cramento eucharistiae, con-  
tra Oecolampa-  
dium:

F I N I S.

Coloniæ Impensis honesti ciuis  
Petri Quentell.


Societatis Jesu' Paderbornæ



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN




UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN





*De*  
*Sacramentis*

F

Th  
1426